1 tionem,vt falsarius punitur.H.d.†Do casum,in quo quis sine ac-
cusatiōe punitur, & idem intelligo de omni delicto quod coram
iudice cōmittitur,vt ȷ̃.ti.j.l.nullum. Dixi plenè in l.2.§.si publico.
ff.de adul.Et intelligo ꝙ punitur ex inquisitiōe,ex officio illius iu
dicis,coram quo delinquit,licèt aliàs iurisdictionem nō haberet.
2 †Vnde iudex causarum ciuilium potest punire testem dicentem
falsum coram se, vel producentem falsa instrā,vel acta falsificata.
3 vt ȷ̃.ti.j.l.nullum.†Quæro,vtrum ille qui producit scripturam su
spectam, puniatur vt falsarius, eo ipso ꝙ non probat eam veram?
Tex.hic ſm istam lec. videtur dicere ꝙ sic. Sed intelligo quod de
falsitate debet conuinci,aliter non posset puniri,vt ȷ̃.l.prox. Quæ
autem dicatur scriptura suspecta,dic,vt in j.gl.

LEX XXV.

a Sciant. aIn criminalib.exigūtur probōes luce clariores.H.d.
Facit iste tex.ibi,instructa,apertissimis documētis,ꝙ
maleficia pñt probari per instrumēta, Iac.de Are. hoc disputauit,
cuius disputationem hic refer Cy.ego plenè dixi ff.ad Tur.in l.se
natus.in prin.& habuistis gl.s̃.ad l.Aquil.l.contra negantem.

a ADD. ¶Pom.Vide ad istam l.per l.Ro.in cons.54.in fi.& Cæp.6.& vide Fel.in c.
prudentiam,§.6.de off.del.& pulchre Ale.in l.4.ȷ̃.de testa. Et dic qđ non solum
in criminalib.sed ēt vbi petitur pæna,requiratur liquida probō eorum,q̃ addu
cunt ad commissionem poenæ.ita Ale.cons.33.vo.2.& vide pulchra exempla ad
hanc l.per Ale.cons.15.vo.2.& 89.vol.3.Pau.de cast.192.& Ale.211.vol.2.vbi colli
gi potest ampliatio,& Fulg.174.vbi loquitur in crimine falsi.
Paris.Vide ꝙ pro ista regula consuluit Com.consi.134.inc.visis denuncia.Et qđ
in criminalib.vnus testis non facit semiplenam probōem,vide Ale.cons.456.itē
qđ delicta non probentur per testes singulares,vide Pan.consi.33.item ad regu
lam qđ testes debeant esse omni exceptione maiores,vide Io.de anan.consi.49.
Item vide qđ pro ista reg.dicit Bar.in l.fi.ff.de in lit.iu.& ibi hēs,ꝙ facit dřiam
an agatur pro delicto criminaliter vel ciuiliter. item vide per regulam istius l.
Io.de anan.cons.59.vbi etiam an propter præsumptionem in criminalibus quis
possit condemnari super primo,vide late Are.in c,tertio loco,de prob.

¶Antiqua lect.

1 *Maleficium quando possit probari per instrumenta.*

Sciant cuncti. In criminalib. requiruntur probationes
luce clariores.H d.Op.& videtur ꝙ quis
condemnetur ex præsumptionib.vt l,si quis adulterij.ȷ̃.de adul.di
cit gl.ꝙ hic fallit. Tu dic ꝙ illud indicium facit probationem luce
clariorem,qa iudicem reddit certum de adulterio.Op.2.quia do-
lus semper probatur ex indiciis,vt s̃.de dol.l.dolum,& sic nō sunt
probationes luce clariores.so.eodem modo dico,ibi debet intel-
ligi de indiciis indubitatis,ita ꝙ animum iudicis reddant certum.
1 Vlt.opp.dum hic dicit,apertissimis documentis,& sic innuit,† ꝙ
maleficium possit probari per instrā,contra l.3.§.item diuus.ff.de
test.ibi,testi.& nō testimoniis esse credēdum.qđ apparet, quia d;
examinari coram iudice,vt ȷ̃.ti.j.l.aut.apud eloquētissimum.Ia.de
Aren.disputauit istam q.quam etiam ponit Cy. hic. Dic bř, Qñq;
delictum committitur contrahendo, & tūc potest probari per in-
a strumētum cōtinens cōtractum,vt ff.ad Turp.l.in senatus a in pr.
Dixi latè s̃.de sacros.ecc.l.nemo martyres.& l.iubemus. Quādo-
que delictum committitur extra contractum, & tūc aut volo ꝓ-
ducere instrumētum ad probādum circūstantiam,delicti, puta in
accusatione de adulterio ad probādum matrimonium. in l. Aqui
lia ad probādum damnum,& tūc potest produci instrumētum vt
hic,& l.ex morte.s̃.ad l.Aquiliam.& quod ibi notatur. & ȷ̃.quor.
app.non reci.l.2. Aut volo probare ipsum maleficium principale
per instrumentum, & non possum. vnde si aliquis notarius roga-
tus à percusso quòd scriberet quòd Titius percussit talem,tale in
strumentum non probaret.d.§.item diuus.

a ADD. ¶Vide eundem bar.& ibi Ale.in apo.& Bal.in l.contra negantem,s̃.ad l.
Aquil.Old.in cons.193.Bal.& Abb.in c.cum in ecclesiis,de maio.& obe.

¶De testibus. Rub.

LEX I.

a Si tibi. aStatus alicuius non solum per testes,sed etiam per in
strumenta probaẽ. H.d.super verbo,non sufficiunt,s.l.
quæ voluit probationes fieri per omnia genera,&c.

a ADD ¶Ale.Vnū no.De facili litigātes repellūtur à testimonio,& ab accusādo,
Tex.est no.3.q.5.suspectos,& ꝯiurator,seu ꝯspirator,l3 cōiuratio sit laudabilis,
ſm Inn.c.cū I.&A.de re iu.qđ dcm̄ reassumpsit bal.c.j §.ꝯuēticula,đ pac.iu.fir.

¶Antiqua lect.

Si tibi. Non solum testib.s; aliis probationib. pt probari inge
nuitas. Op.ista litera innuit,ꝙ Imp.loquebaẽ reo,dum
dicit, defende:ergo ei nō incumbit onus probandi:vt l.actor.s̃.ti.
j.hic dicit cōtrarium,quare malè.Huius timore est facta gl.ȷ̃.quæ
legit hāc l.duo.mo.Prim ò vt l.loquaẽ in reo,q spōte onus ꝓbā
di in se assumpsit,vel erat in quasi possessione libertatis mala fide.
Secūdo mō legitur in actore, & tūc exponitur tex.defende,i.age,

eo quod cõtrouersia fit.f.resistendo. Simile in l.nõ solum.§.si sta-
tus.ff.de ꝓc.& si pars hæ.pe.l.permittẽdum.Op.dr̃ hic soli.ↄ imo
per testes potest probari ingenuitas, vt s.ti.j.sol.expone soli,i.so-
lummodo.Vel dic secũdò, soli testes nõ sufficiunt. Vel dic tertiò
fm gl.& hoc no. soli testes nõ sufficiunt, nisi reddãt sufficientem
causam sui dicti.dicam j.l.3.Cõtra hoc op.gl.in Aut.vt liceat ma.
& auiæ.§.quod autem nobis.de cond.& de.l.cum tale.§.falsam.in
aut.de san.epi.ĩ pr.so.Tenetur reddere rationem sui dicti,si inter-
rogatur,aliàs nõ.vt in contrariis.præterea aliquæ ex illis ll.nõ lo-
quuntur in teste, sed in testatore,in quo est probatio voluntatis,
d.§.falsam.& ff.ad Treb.l.quia poterat.

LEX II.

a Etiam. aTestimonium personæ domesticæ nõ v3.H.d.Que
b ro, quæ dicãtur personæ domesticæ. bQuidam dicũt
personæ quæ aliis sunt subiectæ, vt filius,seruus,ascriptitius, & si-
miles,de quib.habuistis in l.præsenti.§.fi.s.de his qui ad eccl.ↄfu.
Alij dicunt aliter ꝙ domestici dicuntur,de quib.habemus in l.re-
spiciendum.§.furta domestica.ff.de pæ.so.Tu dic de hoc vt no.ex
tra.e.c.in literis.per gl.& Inn.

a ADD.¶Pom.Vide Ale.cons.122.vo.4.& in cons.5.vo.j Ro.cõs.7.Fel.in c.j.đ test. & in c,insuper,per totũ,e.ti.& in c.literis, & Barb ↄs.50.vo.j.& ↄs.3.co.6.vo.2. ↄs.12.& 36.e.vo.2. & Cæp.14.Im.cõs.35.150.6.& 135.& Anna.52.in add.ad eum in cons.55.& Ale.78.vo.j.& ↄs.93.vo.j.& 5.e.& Are.13.dub.j.& Pan.in d.c.in literis, & ibi ẽt Bal.& Ale.3 vo.4.vbi ponit de teste affine, & Ang.consi.194.vbi loq̃tur in affine.& Ro.ↄs.4.vbi loq̃tur ĩ familiari,& amico,& 451.vbi loq̃tur ĩ teste cõ sanguineo,q̃ deponit sup adulterio vxoris ↄsanguinei,& Soc.17.vbi ẽt loq̃tur in mã adulterij,& qũo accipiat̃ hoc verbum domestici,no.ꝙ tres testes domestici faciunt plenam fidem. Ita Ale.ↄs.5.inc.redemptoris inuocato suffragio, in ver.secundo resp.vo.j.no.per gl.in l.3.in verbo matris,in §.eiusdem,ff.de test.
Par.Limita istã l.qñ testis deponeret sup aliquo inseparabili,vt per Barb.ↄs.36. vo.2.Albe.in trac.de test.in 2.q.prin.Hipp.de Mar.in singulari 5.& in l.j.§.1.ff.de quæst.vide Com.consil.27.inc.in Christi noĩe amen. Cum adeo plene.Et ibi ponũt ꝙ illi dñr domestici,qui ĩ eadem domo habitant,& etiam operarij illius ꝓ quo deponunt.Et vide plene de ista materia an domestici possint esse testes,& qui dicantur esse testes domestici quæ habes in Bert,in verbo,domesticus.

b Ale. Quid in vxore,& viro, an possit vnus esse testis pro alio,vide Im.in l.si cũ dotem,§.si maritus,ff.so.ma.& dicit ꝙ dicuntur suspecti ad deferendum testimonium,& indicandum in cã alterius,l.præsenti,§.fi.hic all.& qđ hr̃ in c.gaudemus,de diuor.& adde Bar.in l.q̃ testium,§.j.in fi.de testi.& adde qđ ille qui stat cũ illo,ꝓ quo testificatur,ad vnũ panem,& vnum vinum, nõ est bonus testis.Ita dicit Pet.& Cy.in l.j.s.e.& consuluit Ang.cons.porrecta fuit petitio,& idem ibi dicit,si istis testib.domesticis,vel familiarib. non opponitur ꝙ dictum eorum valet,all.c.fi.de test.in 6.hic contra in d.cons.Vide ꝙ inspicitur conditio testis tempore iuramenti.Et ad hanc q.vide Inn.in c.in literis, extra e.& in c.insinuante,de of.del.& Bal.in l,j.de epi.& cle.& hic.& an solicitator in causa possit esse testis in causa in qua est solicitator.vide quæ dixi post bart,in l.deferre, ff.de iure fisci.Adde quæ posui.ff.e.

¶Alia lect.

1 *Domestica persona quæ dicatur & quando probet.3.& 4.*
2 *Officio iudicis relinquitur,quando persona domestica admittitur in testem.*
5 *Familiaris,quando testificetur.*
Testis si mutat conditionem,quando attendatur illa mutatio.ibid.
6 *Testis qui contra me deposuit,si procuraui,vt accusetur,mihi non proderit,*
7 *Idem si testem percussi.*

Etiam. Domestica persona nõ est idoneus testis. Gl. quærit
1 quæ dicatur † domestica persona.Dicit gl.qđ ponit̃
s.de his q̃ ad eccl.conf.l.fi.§.fi. Certè ponuntur quædam personæ
cõdõnatæ,& obligatæ vt sunt ascriptitij,& similes.Subdit gl.& ff.
de pœ.l.respiciendum.§.furta.de qõ.l.pridem.j.qui acc.nõ poss.l.
pe. Ex istis probatur ꝙ domestici dñr oẽs habitãtes in eadem do-
mo,& familia, verumtamẽ hoc determinatur per c.ĩ literis.extra,
2 e.quod posset † esse persona domestica tantæ authoritatis, & dig-
nitatis,qđ eius fides nõ reprobaretur:quod satis placet.Hoc relin
quendum est officio iudicis,qui inuestigabit de cõditione perso-
næ,& qualitate vt ff.e.l.j.in fi.de qõ.l.1.§.1.& ibi notatur, Quid in
viro & vxore?Gl.determinat ꝙ sunt domesticę personę.Pro quo
facit tex.in l.quicũq;.j.de re mil.li.12.ita tenẽt omnes. Quærit gl.
vtrum persona domestica admittat̃ ↄ aliam personã domesticã,
altero ↄdicẽte. Gl.resp & bene,ꝙ sic quia hoc est inductum in fa-
uorem extraneorum,iõ nõ d;in eorum læsionem retorqueri.qđ
intellige si erat sola ratio domesticitatis,quia si erat alia,secus.pu
ta si erat filius,vel alia persona intra gradus posita.facit j.e.l.parẽ-
5 tes.& j.de quæst.l.seruos.& ff.e.l.le.Iul.† Quero,a si aliquis erat b
a meus familiaris.tpe celebrati ↄtus, & nũc nõ est:vel eↄ,tunc nõ
b erat,& nunc est,an poterit esse testis.Pro declaratione istius qõis
dic,Quãdoq; cõditio,seu qualitas testis mutatur absq; aliquo fa-
cto partium.tunc inspicitur ↄdõ testis qualis est qñ deponit.l.no-
tionem.§.instrumẽtorum. ff.de ver.si.Qñq; ↄdõ testis mutatur fa
cto partium,& tũc ei,cuius facto cõtingit mutatio,talis mutatio
non potest prodesse.ff.de qõ.l.j.§.si seruus.Quãtum verò ad aliud
est idem,vt s.dixi quod inspicitur tempus,q̃ testis deponit. Nunc
ad propositum,si ille,qui erat meus familiaris,nunc desinit esse fa
cto meo ad hoc destinato,nõ posset esse testis pro me, hoc autem
6 probatur ex coniecturis. † Item dico,si ego videns ꝙ contra me
erant duo testes tantum, qui sciebant veritatem, procuraui ꝙ ac-
cusarentur de eo delicto, & sic participes criminis nõ admittent̃
vt testes,vt j.e.l.quoniam liberi. Et certè hoc mihi nõ proderit,si
facto, & opera mea contingit,ar. imo quasi casus.ff.de quæst.l.1.
7 §.cum quis. † Idem dico, si ego percussi vnum testem, ad hoc vt
tãquam inimicus nõ posset cõtra me testificari, vt extra e.c.dile-
cto.Si vero mutatio contingit absq; aliquo facto meo ad hoc de-
stinato. vt quia famulus recessit à me sua sponte, tunc poterit te-
stificari,quia desinit esse domesticus.Casus est in l.1.§.idem num-
mio.ff.đ quæst.prædicta vera, nisi remaneret alia causa impediẽs,
vt si manumisi seruum meum,certe licèt desinat esse domesticus,
remanet ratio iurispatronatus, quæ eum repellit à testimonio, vt
j.de quæst.l.seruus.§.non solum.

a ADD.¶Pom.Vide gl.in summa,3.q.5.& Fel.in c.quoties,in 5.no.extra de testi.& in fi.apparatus,& Barb.cons.6.vo.1.& ↄs.29.e.vo.& ↄs.54.e.vo.& Barb.in c.3.ad fi.de reb.eccl.non alie.& Fel.in c.insinuante,de of.del.& anc.cons.246 & Alex. 24.vol.2. vbi ponit de sorore:& dicit ꝙ dictum talium domesticorum est sufficiens ad probandum innocentiam domestici,& 45.eo.vo.vbi ponit de affine.& 46.e.vbi loquitur in socero,& ex dictis eius ibi colligitur ꝙ dictum talium redderetur plenum,vbi alij testes,qui deposuissent in causa essent valde idonei, & 76.vbi ponit in cõiuncto affine.& amico,& an & q̃s possit testificari pro vxore fratris sui & 108.vo.2.vbi ponit de teste affine,& cognato,& 179.vbi de teste affine in criminalib.e.vo.& 199.e.vbi ponit de teste qui dixit vellem talem obtinere,& ibi etiam ponit de sorore, & 34.vo.3.vbi loquitur in compatre, & in eo q̃ adoptauit filium,& 42.vo.3.vbi loquitur etiam in compatre,& in eo qui adoptauit,& in cõs.seq.vo.4.& 99.vo.3.vbi loquitur in domestico, & familiari in cã matrimonij, & Ro.382. vbi loquitur in subiecto, cui erat adiecta qualitas paupertatis,& Alex.102.vo.3.vbi loquitur in consanguineo, & Soc.17.vbi loquitur in vxore,& infert ad vxorem fratris,& Soc.113.vbi loquitur in fratre.

b Adde circa hoc Lanf.in c.qm̃ contra,ver.testium produc.ver.quæro,de proba. Alb.in trac.de testi.& cumulatissime per Fel.in c.literis,de testi.& vltra ibi adducta per ipsum,adde Ale.cons.5.ver.potest.& in ↄs.73.ver.& similiter,vo.1.

LEX III.

1 *Attestatio sola quæ dicatur.*
2 *Testes non publicati non tenent,nec probant.9.*
3 *Testis quando teneatur reddere causam dicti sui.14.*
4 *Testis debet deponere per alterum ex quinque sensibus corporeis.*
5 *Testis dictum sine iuramento quo casu probet semiplene.& quid de religioso.6.*
7 *Testis non examinatus coram iudice,quando faciat fidem.*
8 *Testis depositio,etiam si non sequitur sententia,valet.*
10 *Testes non requiruntur in actis,nec in publicatione ipsorum.11.*
12 *Notarij quando restituunt libros officialibus communis,debent sigillare chartas vbi testes sunt examinati,& non publicati.*
13 *Testes quando possunt per alium iudicem publicari.*

Solam. Attestatio sola legitimis adminiculis nõ fulcita non
1 probat.H.d.Quæro,quæ dicatur † sola attestatio.Gl.
ponit hic multas expositiones.Prima est,solam, quia testis nõ iu-
rauit, vel solam, quia nõ interfuit iudex.Istas duas no.vel solam,
quia iudex postea nõ dedit sententiam,vel solam,quia non est se-
2 cuta publicatio,† quod tene mẽti,quia testes nõ publicati nõ te-
nent,nec probant,vt vidistis l.fi.j.de re iud.vel solam,quia nõ red
a dit rationem.aDicit gl.si fuit interrogatus,† quia si nõ est interro
3 gatus de ratione,non tenetur reddere.Not.& signa gl. bInn. hoc
b pertractans multum subtiliter extra e.c.cum causam.dicit ꝙ istud
est verum, quando testis deposuit aliq̃d qđ poterat percipi sensu,
v.g.testis deposuit quod Titius numerauerat Sempronio cẽtum,
si non

a ADD.¶Pom.An & quando testes teneantur reddere rationem dicti sui & qualis esse debet,vide Fel.in c.causam,ver.fallit 2.vbi ponit de hoc dicto in rub.de testi.& Alex.136.vo.j.& vide Ale.ↄs.80.vo.2.& 108.e.& 153.e.& 18.vo.5.vbi ponẽs pulchrum exemplum dicit,quòd testis deponẽs super eo quod est iuris, vel in quo multum laboret ratio intellectus,non probat,nisi etiam non interrogatus reddat rationem dicti sui,& aliquid per Bal.cons.181.in 4.par. & Fel.in c.sicut, de re iu.& Bar.cons.3.vo.2.& Car.Flo.cons.25.& illud quod dicit Bar. hic post Inn.quòd testis de dominio debet reddere rationem dicti sui,etiam non interrogatus,extende, vt procedat, quod non probabit, si deponat reddendo rationem,quia vidit & audiuit secundum Inn.maiorem in l.sciendum,ff.de verb.ob. quem sequitur Im.minor.Ale.cons.299.inc.excellentissime dominæ vicariæ,vo. 2.vide etiam ad hæc eundem Ale.cons.10. vo.2.148.& 2.vo.2. & vide etiam in c. per tuas,de test.& Cæp.cons.28 & vide Bar.cons.92.& in cons.100.& cons.18.& seq.& Barb.cons.8.vo.j.& cons.29.e.vo.No.etiam ꝙ testis in criminalib.tenetur reddere rationem dicti sui,etiam non interrogatus, aliàs non valet.Ita Ale.ↄs. 15.vo.j.Et vide Ale.cons.45.vo.2.& Pau.in c.consuluit,de app.vide Are.consi.81. & 38.& Ale.in l.j.in prin.ff.de op.no.nun.& Car.cons.123.& 25.

b Ale.Similis gl.in c.cum causam,in 4.gl.e.ti.
Pari.Istam regulam ꝙ nõ teneatur testis assignare rationem non interrogatus, limita duodecim modis,vt per Ias.in l.cum hi,§.vult igitur,ff.de trans.quem vide omnino.Vide de materia Ale.in l.j.in pr.ff.de op.nou.nun.sed si interrogatus non assignet rationem nullam præsumptionem facit.Vide pro limitatione materiæ Bar.cons.110.vo.1.Item quod ratio sit illa quæ dictum sustinet,quando est bona,licèt dictum,sit scriptum & econtra.Et quod non debeat esse eadem cum dicto,vide Ias.in l.fi.ff.de of.proc.Cæsar.in 3.no.vide quæ habes in Berta.in verbo,testes deponunt,& qualiter.

a si non interrogatur de cã sciæ, a sufficit, quia numerõ p̃t percipi sensu, vt per visum. Sed si deposuit super eo q̃d sensu non percipitur, dictum eius nihil v;, nisi reddat rõem dicti per sensum corporeum. Exemplum, testis dicit ꝙ Titius est dominus talis fundi, nisi reddat rõem, nihil probat. Nam dominium est quoddam ius, ꝙ
b nõ percipitur sensu. D; g̃ dr̃e, quia vidi, ꝙ ipse emit, b vel vidi eum possidere à tp̃e dictæ emptionis per x. annos, vel vidi eum specificare talem rem, vel lapillũ, vel denarium in littore maris inuenire, & similia, quæ per sensum percipiuntur. Ad q̃d consueui indu
4 cere, † ꝙ testis d; deponere per sensum. j̃. e. l. testib. ff. d̃ testi. l. qui testõ. §. fi. de his quæ in test. del. l. j. in pr. al's enim si per sensum corporeum nõ deponeret, esset magis iudicare quàm testificari, &c.

a ADD. ¶ Ale. Adde Bar. in l. j. ff. si cer. pe. & adde sing. Bar. in consi. 110. q̃dam Masiolus, el j. Qualis aũt dẽat esse cã, vide per Bar. in l. fi. de of. proc. cæs. Et de p̃dicta cã vide in c. si q̃n, de rescr. & bar. in l. j. in pr. & ibi p doct. d̃ no. ope. nun. Et adde pro hoc q̃d all. bar. hic, dicit Inn. in c. cum oporteat, de acc. ꝙ si testis deponat quem esse infamem, d; ẽt non interrogatus allegare rõem, vel cãm. q2 infamia non percipitur sensu, sed iuris intellectu. Et in m̃a dicit bal. in l. presbyteri, s. d̃ epi. & cle. ꝙ si sint duo testes, quorum vnus reddit cãm dicti, & alius ẽt non interrogatus, non reddit, ꝙ magis creditur reddenti cãm. Vnum aliud dixit in c. j. de contr. inuest. q̃d id q̃d dicimus vnum testem facere semiplenam probõem, l. admonendi, de iureiu. illud est verũ si cãm dicti sui allegat, ẽt non interrogatus. Adde ꝙ no. bal. in l. si non sp̃ale, C. de testa. & no. Bar. hic, adde quæ no. bar. in l. conuenticulam, j̃. de epi. & cle. l; hoc in probõe famę, vt dixi in §. tormẽta, & de m̃a vide bald. & Ang. post gl. in l. cum hi, §. vult ergo, de transac. & plene Inn. in d. c. cãm, & vide ẽt bal. in l. edita, s̃. de eden. vbi bal. ipse ponit in m̃a vnũ bonum dictum de teste, vbi ẽt dr̃. ꝙ pars interrogata de rõe, & cã non tenetur r̃ndere. Et istis adde bar. in l. stip'lo ista, §. hi quoque, d̃ ver. ob. & ad bar. hic addẽ bal. in l. pe. ad fi. j̃. de sen. quæ sine certa quant. item ad probandum interesse requiritur causa, secundum bal. in l. j. per illum tex. de sen. quæ pro eo quod inte. Et adde tu bar. in l. j. s̃. ti. j. & in d. l. eum q, & q̃d q̃n testis deponit super his, quę non percipiuntur sensu, q̃d teneatur reddere rõnem, etiam non interrogatus, adde d. Ale. in cons. 136. vers. debetur enim, vo. 1. & ibi etiam ꝙ tenetur reddere, q̃n deponit super negatiua non coarctata. item tenetur reddere, quando deponit super consuetudine, ita Alex. in d. cons. 2. versi. secundo respondeo, & ibi ꝙ etiam tenetur reddere, quando deponit super fama, vel super notorio.
b Adde bar. in l. j. s̃. tit. j. & in l. cum res.

¶ Antiqua lect.

5 Solam. Dcm̃ testis sine iur̃o nullius est momenti H. d. Hic vr̃ casus, † ꝙ dcm̃ testis sine iur̃o non facit semiplenam probõem, ita ꝙ ex eo possit deferri iurm̃. Q̃d apparet, quia dicit, nullius est momenti. Hoc est verum, si parti p̃t imputari cur eum nõ fecit iurare, al's secus, vt dixi vobis in l. admonendi. ff. de iurei.
6 † Dicit ẽt Inn. ꝙ dcm̃ religiosi facit ẽt p̃sumptionem, ẽt sine iur̃o, vt in c. nuper. ex̃ e. & hæc de j. lec. s̃m secundam. H. d. Dcm̃ testis ñ
7 examinati coram iudice, nullius est momenti. Ex hac lec. hẽs, † ꝙ examinõ facta ab alio q̃ à iudice, nõ facit semiplenam probõem. q̃d apparet, q2 dicit, nullius momenti. Q̃d intellige, si p̃t parti imputari, cur eos nõ fecit examinari coram iudice, vt dixi in d. l. admonendi. Tertio mõ legit̃. Dcm̃ testis si nõ sequitur sñia, nullius est momenti. Hoc intellige, vt hẽat paratam executionem, sicut
8 sñia: vel vim sñię. sed bñ † v;, q2 ẽt in alio iudicio probat. vt l. cum antea. s̃. de arb. j̃. e. l. fi. Secundum quartam lect. H. d. Sola patris attestõ nullius est momenti. Differt hæc lec. à secunda, quia hæc loquitur de attestõe partis, illa de attestõe testis. Quintò mõ legit̃,
9 & hæc solennis lec. bñ. h. d. † Dcm̃ testium publicatam, nõ secuta sñia, nullius est momenti. Quæ est rõ h? Dicit gl. quia l; tabellio scripserit, tñ illa scriptura non h; testes, iõ non facit fidem donec
10 coram testib. recipiatur. Ista rõ nõ vr̃ vera, q2 † in actis non requiruntur testes. l. in donationibus. de do. & ex̃, de prob. c. q̃m ɔ̃ falsam. sed j̃. dicam. Secundò op. gl. ad seipsam. nonne eo ipso q̃d notarius scripsit dicta testium, sunt publicata? Dicit gl. ꝙ nõ, nisi scribatur coram iudice, & testib. l. 3. §. idem. ff. e. In eo q̃d dicit, coram iudice, dicit verum, vt s̃. in 2. lec. & probatur j̃. e. ti. aut. apud elo-
11 quentissimum. in eo verò † q̃d dicit, corã testibus, non vr̃ verum, quia in actis testes non requiruntur, vt s̃. dixi, Intellige gl. q̃d hoc d; fieri coram testibus, non tñ est necesse ꝙ scribatur in actis, vt iurib. in ɔ̃rium allegatis: sed examinatio fit in secreto, iõ requiri-
a tur publicatio. a ɔ̃ hoc opp. iurm̃ testium accipitur in publico, & tunc testis vr̃ deponere. j̃. e. l. si q̃n. Ad quid g̃ alia publicatio est necessaria? Resp. q̃n testis iurat, tũc vr̃ deponere, s. in secreto iudicij, d. l. si q̃n. & l. nullum. & rõ est, nam si panderet iudex tale secretũ, incideret in crimen falsi. l. j. §. is qui. ff. de fal. vñ l; instrm̃ sit publicum, & faciat fidem, ꝙ testes hæc dixerunt, illud instrm̃ est secretum, nec p̃ manifestari. De necessitate g̃ requiritur nouus actus publicationis, per quem actus, qui erat secretus, fiat publicus, & notorius omnibus, & iõ tex. in aut. eo. §. quia vero. illam publica-
12 tionem appellat aperturam, vel manifestõnem. Et iõ † notarij q̃n restituunt libros officialib. cõis, vt assignent successoribus suis illas chartas vbi sunt dicta testium non publicata, claudunt illas chartas, vel cum filo, vel cera, quasi illud dẽat esse secretum. Quæ-
13 ro, † nunquid per alium iudicem possit publicari, vel debeant iterum examinari? Gl. dicit ꝙ non. Vide gl. puto ꝙ ab alio iudice coram quo dicta testium fidem facerent, illa dicta nõ publicata possint publicari, vt vr̃ expressum ex̃ e. c. constitutus. in pr. Pro hoc l. fi. j̃. e. vbi facit mentionẽ de dictis testium, ẽt absq; publicatione: & q̃d hic gl. dicit, non facit fidem coram alio iudice, intellige an-
14 teq̃ publicetur. Sexta lec. est s̃m q̃ h. d. Dictum † testis non reddentis sufficientem rõem suæ causæ, nullius est momenti. Opp. gl. de l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & dem. Non soluit. Dic ibi loquit̃ in testatore deponente, in quo est pro rõe voluntas; ideo falsitas causæ non attenditur, quæ rõ cessat in teste. Quærit gl., quid si testis non reddit causam, quia nõ fuit interrogatus? Gl. dicit, v; dcm̃ suum. Inn. ex̃ e. c. cum causam. dicit, ꝙ hoc est verum in his, quæ p̃nt sensu percipi, vt si testis deponeret ꝙ Titius percussit Seium,
b l; nõ dicat se vidisse, vl' nõ reddat aliam causam, valet. Sed in his b quæ sensu non percipiuntur, vt si testis deponat Titium esse dominum, non statur dicto eius, nisi reddat sufficientem rationem, quæ sensu percipiatur. Idem dicit Spec. in ti. de teste. Qualiter autem debet intelligi, ꝙ dictum testis debet cõcludere per aliquod, quod percipiatur sensu, dixi vobis in l. de ætate. ff. de min. Tetigi etiam aliquas pulchras quæstiões in l. 1. ff. si cer. pet.

a ADD. ¶ Adde ꝙ testis non publicatus non facit semiplenam probationem, ita bal. in l. in bonæ fidei, ver. item quæritur, s̃. de reb. credit.
b Quando testis, ẽt non interrogatus, teneatur reddere rõem dicti sui, vltra all. per Alex. s̃. in præcedenti lect. vide per Are. & Fel. d. c. licet causam, & per eundem Alex. in cons. 15. vers. & non sunt duo, vol. 1. & ibi quod testis deponens in criminalibus etiam non interrogatus, tenetur reddere rationem sui dicti, alle. Sal. in l. fi. s̃. ti. prox. Et alios casus in quibus testis etiam non interrogatus tenetur reddere rationem dicti, vide per eundem Alex. in cons. 72. vol. e. & in cons. 126. & 141. ver. Gasparlamensis, eo. vol. & in 2. vol. cons. 10.

LEX IIII.

1 *Amicus pro amico, an possit testificari statur arbitrio iudicis.*
2 *Subditus quando admittatur pro domino ad testificandum.*

Eos. Testis d; esse remotus à gratia, & timore. H. d. No. ꝙ dr̃, fidem religioni iudiciariæ: & sic fides est facienda iudici, vt l. lecta. in fi. ff. si cer. pet. Et ista est probatio ad fidem, qua iudex adducitur ad credendum. Circa primum dr̃ hic, q̃d testis dẽt esse
1 remotus à gratia & timore. Quæro † vtrum amicus possit esse testis pro amico. Et vr̃ ꝙ non, vt l. 3. in pr. ff. e. Pro hoc facit hic tex. quia est dubium ne gratificaretur amico. Bř puto q̃d posset esse tanta amicitia, & talis personarum conditio, q̃d amicus à testimonio repelleretur, vel saltem eius fides minueretur. Hoc aũt stabit in officio iudicis. vt l. 3. §. j. ff. e. Secundò quæro, dr̃ hic, potentiæ,
2 vtrum † subditus vni communitati, possit esse pro ea idoneus testis? Gl. in l. idonei. ff. e. tenet ꝙ non. Pe. hic ɔ̃rium dicit, veritas est, ꝙ nos debemus inspicere istum testem. op;. n. q̃d conditio sit talis, q̃d possit præponere veritatem potentiæ: mõ esset possibile, q̃d persona cõitatis esset ita iusta, q̃d nollet ꝙ diceret aliud q̃ veritatem: tunc statim putarem subditum admittẽdum. ita intelligo d. Pe. q̃d probatur hic. p̃t. n. liberè dicere veritatem. sed si dñs esset malus homo, putarem eum admittendum non esse. Iustus. est. n. metus tyranni, & cuiuslibet, qui alteri præest, rõe alicuius iurisdictionis. Potest enim esse terribilis, vt j̃. si rect. prou. l. j. & ff. ex qui. caus. in poss. ea. l. Fulcinius. §. quid sit. In dubio dicerem subditum non esse admittendum, vt l. idonei. ff. eo. cum sua gl.

LEX V.

Parentes. Quid de fratre, plenissimè examinaui hoc, & eius materiam in l. qui testõ. §. 1. ff. de test. &c.

¶ Antiqua lect.

1 *Parentes dicuntur in infinitum.*
2 *Parentes & liberi an possint esse inuicem testes pro se.*
3 *Pater an poterit testificari, si filius procurator alicuius agat in causa.*
4 *Frater quando admittatur in testem pro fratre & contra fratrem.*
5 *Coniunctus potest testificari inter pariter coniunctos.*

Parentes. Opp. de l. ẽt. ff. de prob. Gl. 1. dicit sp̃ale in ætate probanda. nec tñ ei facit plenam fidem, vt j̃. no. item est speciale in probanda consanguinitate, & cã matrimonij, vt ext. e. c. super. Secundò op. ff. de test. l. qui testõ. §. per ɔ̃rium. fo.
1 vt in fi. Gl. Pro † decl'one l. & Gl. primò quæro, q̃uo accipiantur parentes? Gl. dicit s̃. à patre in infinitum, & j̃. lib. Quæro vtrum sit differentia, si sint liberi in potestate, vel non? Gl. hic dicit ꝙ non. Cõtra hoc vr̃ ff. de fal. l. de eo. & l. impuberem. §. 1. Difficile ɔ̃rium est, sed dicit gl. ibi loquitur in notario adhibito ad scribendum, in quo distinguit, aut est in potestate, aut ñ, vt ibi p;. rõ: quia assumitur vt publica persona, cuius fides est iam approbata, vt l. 1. ff. de off. præf. præt. item quia scriptura non probat per se sine testibus, vt aut. de instr. caut. & fide. §. oportet. hic vero loquitur in testifi-
2 cante. † Quæro vtrum parentes, & liberi possint inuicem esse testes pro se? Gl. dicit ꝙ non. vt ff. e. l. testis idoneus. & l. 2. s̃. e. Circa hoc est aduertendum, nam Gl. ff. de test. l. qui testõ. §. 1. vr̃ facere aliqualem dr̃iam inter parentes, & liberos. nam liberi nõ p̃nt esse testes pro parentibus, vbi aliq̃d eis quæreretur, in aliis casib. sic, vt j̃. dicetur in j. gl. q̃d intelligit Iac. de Are. vt puta, si alieno nomine

essent in iudicio. Parentes verò nõ possunt esse testes pro liberis vllo modo. & ibi subiungitur in gl. cum pater plus diligat filium,
3 quam filius patrem, & secundum hoc non est mirandum, † quod si filius esset procurator alicuius, pater non posset esse testis, vt ibi innuitur. Quod intelligo verum, si instrumentum esset faciendum super aliquo facto, vel dicto filij, aliàs secus, ar. l. quæsitum. ff. de in ius voc. & quod ibi no. & ff. de obseq. l. licet. §. si. Quæro, dicitur
4 hic, volentes ad quos referatur? Dic vt in gl. † Quæro, quid in fratre, vtrum admittatur pro fratre, vel contra fratrem? Gl. hic dicit, quod sic in ciuili, non autem in criminali, vt l. lege iul. ff. e. Cõtrarium ibi videtur notari. Breuiter tenenda est opi. Gl. quia omnes tenẽt, quod in ciuili admittatur. Quod intellige, nisi repellatur ratione domesticitatis, vt l. 2. s. e. vel nimis intense beneuolentię, vel amicitiæ, vt s. proxi. dixi, quod est iudicis arbitrio relinquendum. Pet. intelligit, nisi sit in eiusdem potestate, secundum Gl. hic. Et est rõ, nam cum videatur esse eadem persona cum patre, qui ei imperare potest, sicut persona patris est suspecta, ita persona filij. in criminali verò, frater non posset esse testis pro fratre, quia requiruntur probõnes luce clariores, vt s. ti. 1. l. fi. item, quia vr causa propria, cum iniuria facta vni fratri, respicit etiam alterum fratrem, vt l. lex Cor. ff. de iniur. & idem puto in causa status, vt l. 1. cum seq. ff. de lib. caus. Quæro, quid in socero, & genero? Gl. dicit idem, vt ff.
5 e. l. testis idoneus. † Quæro vtrum cõiunctus possit esse testis idoneus inter duos pariter coniunctos? Certè sic, vt l. non solum. §. j. ff. de rit. nu. Et sic pater potest esse testis inter duos filios. Pro quo ff. de quæst. l. extraneo, & j. de quæst. l. hoc, quod placet. in fi. vbi seruus torquetur inter duos dominos. Bart.

LEX VI.

Nimis graue. Non debet initium probationis assumi de domo aduersarij.

¶Antiqua lect.

1 *Exhibeo quot modis accipiatur.*

Nimis graue. Non cogitur quis testes contra se de domo sua producere. H.d. Opp. personæ domesticæ ad petitionem aduersarij coguntur ferre testimonium, vt s. e. l. 2. & quod ibi no. Et sic quis cogitur inuitus exhibere testes de domo sua. Huius timore dico, quod hæc l. potest intelligi plurib. mod. Pri-
1 mò debes scire † quod hoc verbum, exhibeo, a quandoque assumitur pro
a alimentorum præstatione, vt j. e. l. quoniam liberi. secundo resp. Et si velles ita assumere, hic diceretur quod quis cogitur exhibere. i. alimentare testes, qui contra se producuntur, ille qui producit, sed hoc non placet. Secundo modo accipitur, exhibeo, pro manifestatione, vt in toto ti. ad exhibendum, & secundum hunc modum dẽt hæc l. intelligi duob. mod. Primo in his, qui admittuntur ad testimonium volentes, non inuiti. de quib. loquitur l. 3. §. lege Iul. ff. e. Nam si ego dicerem aduersario, facias quod tales consanguinei veniant (quod potest hoc facere) & sic exhibeas mihi probationes, certè ad hoc non cogitur, sed ipsemet debet hoc sibi procurare. Secundo modo potest intelligi de quibusdam testibus, & quia dicebat forte actor de eis se non recordari, bene petebat cogi reum, vt exhiberet nomina eorum, certè hoc fieri nõ debet, quia nimis graue est. Fateter tamen, quod si peteret exhiberi quasi totam familiam, vt recognosceret ipse, quos vellet in testes producere. quod audiretur, vt l. cum si exhibuissent. §. 2. ff. de publ. Opp. s. de asses. l. si post. Dicit Gl. ibi, fallit. Doc. dicunt, quod ibi non exhibetur vt testis, sed vt reus dicti sui rationem reddat.

a ADD. ¶Ale. Adde exhibere proprie secretum habere, & vide ff. ad exhib. l. 2. & de lib. ho. exhi. l. 2. l. locum, §. quid sit, item exhibere, idem est quod cedere ff. de le. j. l. si res obligata, §. pe. item aliquando exhibere, idem est quod reducere. ff. mand. l. creditor, §. si inter maritum. item accipitur aliquando pro probare, l. j. de ædil. act. in gl. & ibi Azo in summa, §. item repellitur emptor.

LEX VII.

Seruos. Seruus non interrogatur pro, nec contra dominum, nisi de facto suo. H.d. Intelligit Gl. quod interrogatur cum tormentis, vt ff. de prob. l. cum probatio. Dic vt ibi, fallit in casib. no. hic in Gl. Quæro quid econtra, vtrum dominus possit pro seruo interrogari? Videtur quod non, quia videtur suspectus. vt extra de off. dele. c. causam quæ. s. eo. l. eos. ff. e. l. idonei.

LEX VIII.

1 *Iuramentum testium de consensu partium remittitur.*
2 *Inspectores vulnerum, ventris, finium agrorum, & similium, an iurare dẽant. 4.*
3 *Testes qualiter iurare debeant.*
5 *Testes debent iurare partibus præsentibus vel citatis.*
6 *Testes an debent citari, & an valeat dictum, si non sunt citati.*
7 *Honestæ personæ sine iuramento deponentes, faciunt semiplenam probationem.*
8 *Quando sunt plures testes ex vna parte, & ex alia pauciores, sed digniores, quibus magis credendum.*
9 *Qui produxit vnum testem, & petit ipsum examinari, an sit audiendus.*

a Iurisiurandi. a Hæc l. ponit tria dicta. Testes debent iurare, & honestioribus debet adhiberi fides, & dicto vnius non creditur. H.d. In tex. & vt, subaudi præcipimus. Quærit gl. vtrum testes debeant iurare corporaliter tactis scriptu-
1 ris. Item quæ sit forma iuramenti testis. Dic vt in gl. † Item an possit remitti iuramentum de consensu partium. Gl. dicit quòd sic. Idem no. in l. 1. circa princ. ff. de feriis. Item quæritur, quid in istis inspectoribus, qui mittuntur à iudice ad inspiciendum ventrem,
2 ad renunciandum iudici quod sibi videtur. † Et idem in similibus, qui mittuntur ad inspiciendum, seu videndum fines agrorum, vel ad inspiciendum vulnus, vtrum sit remansura cicatrix, vel similia, an isti debeant referre cum iuramento? Gl. dicit quòd
b non, in l. 1. ff. de ven. inspi. Sed istæ Gl. b videntur contra tex. l. hac edictali. §. his illud. j. de secun. nup. & l. comparationes. j. ti. 1. Vide etiam gl. & eam not.

a ADD. ¶Ale. Qũo ista l. procedat, vide Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. ver. quero q.d si reperiamur, & ibi Lud. adde tñ quod informõ pt sumi ẽt à teste non iurato, G. est sing. s. n Bal. ibi, facit præualere probõem eius, q. eum pduxit, si probões litigantium essent pares, & vnus h3 pro se testẽ non iuratum, & vide late de mã h⁹ l. per Spe. de teste, §. restat. ¶Paris. Et an psumatur testis iuratus si dicatur in actis, testis iuratus. vide Bar. in l. Theopompus, in pr. de dote præl. & ibi Ale. in apost. quod ibi ẽt addidi, d ista mã gñalr an, & qñ dicatur testis sine iuro, vide Fel. in c. tuis, ex. d test. vbi ẽt an possit remitti. Et q̃ sint illa, quæ d3 testis iurare, vid Fel. omnino in c. frnitatis, ex. de test. Et ibi ẽt an sit necesse, quod tangantur scripturæ ad esse iuri, ponit ẽt Fel. in d. c. tuis, an in dubio psumatur testem iurasse, & q.d si notarius scripsit, testis iuratus, &c. Et ibi ẽt, quod si pars petiit à iudice, vt deferret iurm testi, & testis obtulit se velle iurare, & iudex non detulit. Et an notarius sine iudice possit deferre, & q.d si deferret iudice pñte, & non contra dicente, & qd ad hoc, vt valeat testis non iuratus, non sufficit partem non cdre, s3 op⁹ sit vt expresse consentiat, vide Fel. in c. nuper, ad fi. ext. de testi. Et quod pars possit remittere iurm testi, vide Ias. in l. j. ĩ pr. ff. d fer. quod ãt informões possint capi sine iuro, Bal. in c. j §. si duo, d pa. ten. Fel. in c. proposuisti, ex. d prob. An ãt testis qui semel iurauit, si iterum producatur in eadem cã dẽat iterum iurare, vide Fel. in c. frnitatis, extra d testi. Et ibi ẽt q.d si primo dicat, postea iuret. De quo ẽt per eundem in c. de testib. extra e. tit. item an, & qñ possit iurm remitti, & q.d in cã matrimoniali, vide quæ hẽs per Mod. in l. reprehendendo, C. d inst. & subst. q.d ãt si testis iurauit post depõem, vide d. Nellum in tract. d teste, & ibi, ad fi. illius c. q.d si in actis dicatur, testis iuratus, &c. Item quod iurm testis possit remitti, dt Bal. in l. quoties C. d pri. sch. cir. fi. li. 12. Et circa iurm testis, & pdicta, vide multa similia per Ias. in rep. l. admonendi. item limita, quod non creditur testi cum iuro, ñ procedere qñ persona sanctæ vitæ deponeret. Est doctrina Im. in c. nuper, ext. d test. Bar. in Boñ. lect. in l. sola, j. e. d. Ant. in c. cum olim, de dolo, & cont. bñ facit dcm d. Ant. in c. cum oporteat, extra d accu. vbi voluit credi consanguineo, q. sit bonæ famæ, l3 aľs repelleretur, vide c. super his, extra de accu. item nota quod existentibus probõibus, hinc inde parib. iudex d3 iudicare in fauorem illius p quo deposuit plus q̃ pro aduersaria parte vnius testis non iurati, vide p Aret. cons. 81. ad fi. Item circa istam l. in 3. dubio, quod dicto vnius non d3 credi, limita vt per Ro. sing. 946. inc. dictum vnius. item adde quod ẽt Papa non pt facere, vt credatur dicto vnius contra partem, tex. in c. indicas Hermanum, 3 q. 9. quæ alleg. Ro. sing. 773. inc. an Papa, vide alia de isto proposito, quæ scripsi in l. Theopompus, ff. de dote præl. q. a ibi est casus spãlis, in quo testator pt disponere, stari dẽre. item d alia sing. limit. quod dicto vnius credatur, & alia in mã vide Bert. in verbo, testis, quot, & quales. item de eo, qd dictum est s. quod Papa nõ pt facere quod soli testi credatur, vide Fel. in c. veniens, el j. extra d test. & in c. nuper, e. tit. vbi omnino, q. a tex. in d. c. indicas Hermanum, & Roma. de quo s. loquitur in parte, non in tertio, q. velit esse testis. Et de parte sequitur ẽt Cle. in l. fi. ff. d pret. stip. in addi. in ver. q.d dicemus. Et circa istud, an credatur soli testi. & q.d in Papa, vel alio supremo principe, an & qũo ei soli attestanti aliq.d credatur, & q.d de epo, vide Fel. post alios in c. cum à nobis, extra d test. vbi pulchre ponit d intellectu cle. j. de prob. In criminalib. ñ contra inculpatum non creditur, Bal. l. 2. §. si is p quo, ff. qd quis. iu. Et an procedat in aliis inferiorib. ad qd ponit Io. d Ana. quod sic, cons. 14. de quo ẽt qũo credatur principali aliq.d attestanti in lrĩs vel rescripto suo, vide d. Fran. consi. 166. Pau. de Cast. consi. 35. & 184. inc. in facto pñti. Item an illa cle. j procedat solum in clericis, vide Pau. de cast. cons. 158 Vide in mã Are. cõs. 24. inc. in pñti, vide quæ hẽs ad Bar. in l. ex hac scriptura, ff. de do. d verbis enunciatiuis principis, vbi omnino vide alia in mã ista. Item q.d si esset vnus Cardinalis, an ei soli credatur, vide Fel. de quo scripsi in Bert. late in verbo, Cardina.

b Pro solutione gl. istarum dic, quod gl. loquuntur quando deponitur de credulitate, §. is illud, loquitur quando de veritate, quo casu non creditur sine iuramento, vide Bar. in l. creditores, in fi. de pig. in rep. per Bar. in prooe. Digestorum.

¶Antiqua lect.

Iurisiurandi. Testes debent iurare, & honestiorib. plus creditur: & vnus testis ad probandum non sufficit. H.d. No. quod testes prius debent iurare, quàm deponant: & si prius deponerent, & postea iurarent verũ esse quod dixerunt, non valeret eorum dictum, vt hic, dum dicit, prius examinemus istam primam partem. Quæro vtrum testes debeant iurare de veritate. Hoc non habemus bene expressum. facit quod sic. ff. de do. præle. l.
3 Theopompus. † Quæro, qualiter debeat iurare testis. Glo. dicit
a corporaliter, a & bene. Fallit in episcopo, vt in aut. sed iudex. s. de epis. & cle. Secundò quærit gl. quid debet continere iuramentum testis. Dic vt in ea. & habes tex. extra eo. c. quoties. Quæro vtrum iuramentum testis possit remitti. Gl. dicit quod sic hic, & ff. de fer. l. 1.

& est

a ADD. ¶Tactis, s. scripturis, vt p In, in c. & si Christus, de iureiu. & in c. quoties, de iu. cal. hr in cle. j. in ver. tract. de hær. per gl. in c. vt circa, de ele. lib. 6. de quo per Spe. & post eum per Io. an. in tit. de teste, §. sequitur, & adde quod no. ipsemet bar. in d. l. Theopompus. Adde tñ, & qñ defertur iurm testi, quod testis põt petere terminum, vt possit deliberare, an velit iurare, vt p Ale. in l. iurisiurãdi, d testi.

a & est casus extra e.c.tuis.a†Quæro,si aliquis adhibeatur,nō ad te
4 stificādum propriè,sed ad iudicādum fm peritiam artis suæ,puta
medicus ad iudicādum ex vulnere,an sit remāsura cicatrix,vel de
biliteř membrum, & similia.Item obstetrices ad dicēdum vtrum
b mulier sit prægnās.Gl. dicit ꝙ isti iurare nō debēt. b quam no.In
cōtrarium dicebat Richar.Malum. quod videbatur casus in l.cō-
5 parationes,j̄.ti.j.& l.hac edictali.§.his illud.j̄.de sec.nup.†Quærit
gl.qñ d; iurare.Certè præsentib.partib.vel citatis,vt l.si qñ.j̄.e.Itē
6 anteq̄ recipiantur,vt dixi.†Extra gl.quæro,vtrum testes debeant
citari,& si nō apparēt citati,vtrum valeat dictum eorū.Pe.de Bel-
lap.in Aut.de test.§.si verò ignoti. dicit ꝙ nō,per tex.ibi,festinan-
tes,&c.Pro hoc facit,quod ex eo,quod se ingerit vř suspectus, vt
l.quæ omnia.§.j.ff.de proc.Pro hoc vř ver⁹ casus ibi, iam dudum
arctari præcipimus.No.qđ dicit,arctari,& sic testes debēt esse co-
acti,nō spōtanei.In cōtrarium,quia multi sunt,qui admittunř vo-
lentes,vt ff.e.l.lege Iulia.Præterea, plures glossæ distinguunt,aut
tulerūt testimonium spōte,aut coacti,vt l.post legatum. §.his ve-
ro.ff.de his quib.vt indi. Quid dicemus?Fortè posset dici,ꝙ testes
dñt coacti,qñ spectat ad grauationem,quia post primā citationē
grauātur pignorib.& multis.Et ita vř velle Inn.extra,de test.co.c.
j.fm hoc semper citatio deberet præcedere, & hoc est ꝯ casum l.
lege Iul.ff.e.ibi, ne inuitus denūcietur. Ergo apparet,ꝙ ista prima
citō fit qñq; teste volēte,quia aliter fieri nō potest.Dicendum est
igitur,ꝙ testis qñq; à parte non producitur,nec à iudice citař,sed
spōte se ingerit,& tūc nō valet dictum eius d.§.si verò.&ff.de ꝓc.
l.quæ omnia.§.j.Si verò à parte producitur,licèt à iudice nō citeř,
puto ꝙ valeat dictum eius.d.l.lege Iul.& l.post legatum. §.his ve-
ro,&c. Tutius tamē ē,ꝙ semper citeř. Venio ad 2.particulam.dř,
& vt honestiorib.&c.quid determinat ista dictio,vt,Resp.ꝑt intel
ligi,vt determinet præcedentia, & ponař hic rō præcedētis dicti,
q.d.Ideo dicunt,vt eis postea fides adhibeař,& secundum hoc in-
nuit,ꝙ iurarēt,si tñ aliàs essent personæ honestæ, eis adhiberetur
fides,qđ nō est verum,vt est expressè tex.extra e.c.nuper.vbi loq
7 tur de fratrib.minorib.†facerēt tamē semiplenā,vt ibi no.Secun-
do modo potest intelligi,vt hic subaudiař verbum,&præcipimus
honestiorib.&c.q.d.si inter testes est discordia,honestiorib.credi-
tur,& ita intellige.Op. de l.scripturæ.& l.in exercēdis.j̄.ti.j.sol.A-
liud in instrumētis,quia potest per partem prouideri,vt est ibi,a-
8 liud in testib.vt hic,fm gl.& bene.† Quæro,vna pars h; plures te-
stes numero,alia digniores,quis præferetur?Gl.in l.ob carmen.ff.
e.vacillat.Gl.in aut.e.§.si verò.determinat,ꝙ prius d; inspici nu-
merus,& vbi esset paritas in numero,tunc inspicitur dignitas.Sed
tex.extra e.c.in nostra.determinat,& melius, qđ dignitas est præ-
ferēda numero testium,nisi in numero esset magnus excessus. &
vt ibi per gl.vbi simili modo no.ꝙ vox vnius,vox nullius. Quod
intellige quātum ad plenam probationem,aliàs secus, vt l.admo
nēdi.ff.de iurei.& in l.in bonæ fidei.s̄.de reb.cre.& iurei. Quæro,
quare dicit hic facile.Dic,vt in gl.Vel potes dicere facilè,id est,si-
ne iuramento,quod quandoque defertur sine causæ cognitione,
9 vt plenè dictum est in l.admonēdi.ff.de iure.†Quæro,aliquis pro
duxit vnum testem, petit ipsum examinari , vtrum sit audiendus.
Hic videtur tex.ꝙ non audiatur,&c.Quod intellige verum de fa-
cili, sed debet videre iudex prius, an dictum illius testis cum aliis
esset sufficiens ad probandum.

a ADD.¶Et ibi vide gl.& doc.& adde,ꝙ iu⁹m nō est de substātia testimonij.nam testis ñ iurat⁹ đponēs falsū,ita puniř đ falso,ac si iurasset.Ita bar.l.si q̄s,ff đ fal.

b Adde qñ isti periti debeant iurare,per eundem bar.in procemio Digest. d.Abb. & Mod.in c.proposuisti,de prob Ang.de Are.& ibi addita,in trac.malef.in ver bo,cicatrix. Et vide aliquid per Ale.in l.j.§.si.ff.de ver.obl.& aliquid per ipsum in cons.15.vo.j.& in cons.167 .vo.2.

LEX IX.

1 *Venditor non potest esse testis pro emptore.4.*
2 *Negotium dicitur gestum alieno nomine quatuor modis.*
3 *Vnus de vniuersitate quando possit esse testis in causa vniuersitatis.*
5 *Legatarius non potest esse testis pro hærede,quando testamentum potest probari per duos testes.*
6 *Fideiussor,an sit idoneus testis pro principali.*
7 *Tutor,curator,procurator,& similes,an finito officio poterint testificari.*

a b Omnibus.a In re propria nullus est b idoneus testis. H.d. † An hoc sit verum,ꝙ venditor nō possit esse
1 testis pro suo emptore? Gl.hic dubitat. Quidam distinguunt,aut
c venditor tenetur de euictione.aut non. Alij indistinctè c dicūt vē-
ditorem non esse idoneum testem,propter affectionem quam ha
bet, vt valeat, & sortiatur effectum contractus ab eo celebrati,si-
d cut dicimus in proxeneta,vt in aut.d eo.§.pe.cum gl.fi.Op.inst.de
testa.§.legatariis.So.ibi nō testificatur in causa propria, sed in cau
sa testamenti,&c.

a ADD.¶Ale.Adde gl.in l.nullus,ff.e.ti.Bar.super l.ab executore,§.j ff.de app.vide eundem in l.qui testamento,in pr.ff.de testa.

b Pom.Fallit in casu no.quē posui in c.oīs vtriusq; sexus,de pæ.& re.vide ad istā Crp.cons.34.& Im.cōs.111.ad fi.& Ale.124.vo.j.& 136.e.vo.& Ale.cons.62.vo.3.

c Pom. Et bene per Ale.cons.suo.13.inc.ex his,quæ in themate,in ver.alia ratione non probat in j.vo.vbi etiam d cit,de proxeneta, seu de mediatore,vide etiam Fel.in c.insuper,ver,tertio quæritur,extra de testi.

d Pom.Idē ē ī aduocato,& ī illo ꝙ vellet testificari sup receptiōe alicui⁹ rei q̄ re ceperat,vt alicui daret,fm bar.l.đferre,cir.fi.ff.đ iu fi.vbi scripsi đ ista mā late.

¶Antiqua lect.

1 Omnibus. No.ꝙ in re propria nō solum testimonium nō valet,†sed etiam nō debet examinari.Dixit.n.
textus summotam esse facultatem,&c. ergo apparet, ꝙ nō debet
examinari.Quæro exempla huius l.gl.si bene aduertatur legit tri
2 bus mo. Nam debes scire, † ꝙ negotium dicitur nostrum altero
de quatuor mo.Primò,re ipsa,ipso gestu, cura,vel solicitudine, &
ratihabitione,vt l.item si cum putaui.aliàs l.si pupilli.§.item que-
ritur.ff.de ne.ge. Potest ergo poni exemplum in negotiis, quæ ad
nos pertinēt re ipsa,quia verè est nostrum principaliter. Pone ex-
emplum, si procurator induceret dominum in testem, vt hic ī gl.
dum dicit,omnib.principaliter.Contra hoc op.j̄.de fideic.l.vl.so.
Ibi non est propriè testis,vt hic circa fi.gl. Quæro,quid si causa e-
3 rat communis cum alio.dic vt dicam.j̄.l.prox.vbi gl.tāgit.†Quæ
a ro,quid in vniuersitate,vtrum vnus de vniuersitate a possit esse te
stis.Cy.ponit istam q.in l.parentes.s̄.e. Gl.tāgit in l.non tantum.§.
vniuersitatis. ff.de rer. diui. & ibi per Gul. & ibi resident in vnam
snīam,tamē Gul.magis intelligibiliter loquitur,ideo dic vt ibi.Se
cūdo modo potest intelligi,quando res pertinent ad nos ipso ge-
stu,hoc est, ꝑ quandā ꝯñam,vel secūdariò.Ponit gl.exemplum in
4 vēditore, qui † nō potest esse testis pro emptore. Sed gl.in l.nul-
b lus.ff.e.distinguit,aut vēditor b tenetur de euictione, & nō potest
esse testis,aliàs secus.De hoc videbis Cy.hic,& Gul.in l.&hæredi.
ī pr.ff.de pac.tenēt ꝯrium per rationem.Dicūt.n.ꝙ proxeneta nō
est idoneus testis ī negotio, in quo fuit proxeneta,vt aut.e.§.pe.r.
resp.propter affectionem quam habent.Nō ob.l.eos.ff.finium re.
quia illam intellige,qñ per questionem finium nō rescindebatur
ꝯctus,nec venditor de euictione tenebatur,quæcunque sequere
tur snīa aliàs non posset probari per venditorem, s; per testes ex-
traneos. Cōtra hoc op.ff.de testa.l.qui testamēto. Insti.de testa.§.
legatariis.dixit gl.ꝙ legatarius nō est testis in causa propria,sed in
causa testamēti,quia nō sequitur,si testamētum v;, ğ legatū. Dñi
verum est,quod nō sequitur,si testamētum valet,ğ legatum, s; be
ne sequitur,si nō v; testamētum,ğ nec legatum in eo relictum,vt
l.j.j̄.de cod.& de his,quæ in test.del. l.proximè.ğ legatariorum in
terest saltem secundario. Præterea legatarij possunt appellare, &
causam agitare,vt l.à snīa. §. 1.ff.de app.& ff.de inof.test.l.si suspe-
cta.in pr.ğ videtur,ꝙ nō admittanř,vt ī causa propria,vt s̄.dictum
est de vēditore. durum est ꝯrium. Dico finaliter, quod illud ideo
in testamentis est,propter magnum numerum testium,qui ibi re-
quiruntur,illud admittitur,& toleratur ille cuius interest secūda-
5 riò.Et ideo†si esset testamentum, qđ probaretur per duos testes
tm̄,nō putarem legatarios admittēdos,vt puta in testō facto inter
liberos,vt l.hac ꝯsultissima.§.ex imperfecto. C.de test.aliàs posset
de facili magna fraus excogitari. Possent,n.duo ex liberis vlterio
rib.probare testatorem instituisse primos liberos,& eis testib.ma
6 gna legata reliquisse,quod est incōueniens.†Quæro,vtrum fide-
iussor sit idoneus testis in causa principalis? Vř qđ nō,quia ad eū
spectat secūdario commodum,ğ.&c.fm istam lec.Præterea ꝑt ap
pellare,vt l.à snīa.§. 1.ff.de ap. Dy.tangit istam q.in l.si cui legeř.ff.
de le.1.§.fi.& Spe.in ti.de teste.§ j.ver. sed nūquid fideiussor.& de-
terminat, aut principalis est soluēdo,aut nō, per l.itaq; fullo.ff.de
fur.dubito ī isto passu,qa semper interest sua potius nō soluere,q̄
solutum repetere,vt l.3 de compens. Præterea d.l.à snīa multum
vrget ꝯ istam decis. Tertio modo legitur ista l.quando negotium
sit nostrum cura & solicitudine,sed hoc nullum patiař ꝯrium fm
gl.Vnde si alius agit causam tanquam curator, tutor,procurator,
vel alius,nūquam ille d; audiri testis in causa,quam ipse agit. Pro
batur hoc in l.qui testō.§. 1.de testa. & ibi tāgitur per gl.& Iac. de
Aren. Si.n.intelligeremus de causa, quam quis agit per seipsum,
nullum haberet dubium. Vt igitur sit vtilior lectura, pone casum
7 prout dixi.†Sed quæro, vtrum finito officio,tutor,procurator,&
curator, & similes possint esse testes? Gl.in l.vl.ff.de testib.dicit ꝙ
sic.Cōtrarium vř dicere in l.deferre.§.item decreuerunt.ff.de iur.
fis.Cy.tāgit ī l.proxi.vbi nullo modo cadit,& nihil boni dicit. Tu
dic bř,ꝙ durāte officio nō pōt esse testis in cā,q̄ agit,vt dixi.Finito
vero officio,aut produciř ī testem ad aliquid, ex quo spectaret ad
eum commodum,vel incommodum. Exemplum. ego feci te ꝓ-
curatorem,& nūcium ad portādum cērum Titio,certè tu non es
idoneus testis,ad testificādum te dedisse,qa si ē verū,es liberatus,
si non

a ADD.¶De hoc quando testis de vniuersitate testificetur,vide late per d.Fel.in c.insuper,de test.& per Are.in c.cum nuncius,e.ti.& vltra ibi per eos adducta, vide quæ ponit Ale.de Im.in cons.99.lib.5.

a ADD. ¶ Pom. Pro limitõe h9 tex vide tex. in l. si fideiussor, §. fi. & ibi doc. ff. de le. j. Ale. cons. 18. vo. 3 & vtrũ ista l. habeat locũ in datione in solutũ, vide Old. cons. 37. in vl. q. Et ad hãc l. vide ẽt aliq̃d per Ale. ɔs. 19. vol. 4. & Fel. in c. cum cãm, ĩ pr. de test. Bar. ɔs. 90. Barb ɔs. 25. vo. j. 41. e. 62. e. & 55. vo. 2. & Im. ɔsi. 99. in fi. & Ale. in in l. j. §. si hæres, ff. ad Tre. & Ale. cons. 42. vo. j Et aliquid per anc. in c. peccatum, de re. iu. in 6. Pan. in c. in aliq̃b. no. 2. de deci. Barb. in c. ad nostrã, ĩ j. no. de reb. ec. non alie. & in c. j. de emp. Are. cons. 126. vbi quærit an habeat locum in locõe, & an & qñ procurator alicuius fuisset deceptus in minori summa q̃ dimidia, & Ias. in l. non hoc, j̃. vnde le. in ver. 5. limita, vbi ponit, an sufficiat ꝓbare rẽ valere decẽ & plus, si fuit vẽdita ꝓ q̃nque, & an hẽat locũ in locõe, ponit ẽt Chrystophorus Porc9 inst. de iust. & iur. in pr. & Bal. in c. j. qual. do. ꝓpri. feu. priueť, vbi ponit, an si emptor renũciat huic legi, videať & vẽditor renũciare ei. Ro. cons. 428. vbi q̃rit, an hẽat locũ in locõe. Vide ẽt Ias. l. cũ furti, ff. de in li. iur. vbi tãgit illud, qđ tãgit in d. l. ñ hoc, & Fel. vbi tãgit đ hoc, & ipse c. lʒ cãm, de ꝓb. & Soc. ɔs. 85, vbi ponit, an remedium h9 l. ɔpeteret, vbi interuenisset geminat9 ɔsensus, & an hẽat locũ in solutũ datione, vide ẽt Bal. ɔs. 513. ĩ vl. par. & Barb. ɔs. 22. vo. 4. Pari. Ista l. ꝓcedit in oĩb. ɔ̃ctib. Vide Bar. & ibi addidi. in l. 3. com. vtri. iu. itẽ an dispositio h9 l. hẽat locũ in feudalib. vide gl. & Barb. in c. ad nr̃am, de reb. eccle. nõ alie. itẽ an hẽat locũ in pignore scđo subrogato loco primi pignoris, seu ĩ alia cautione subrogata loco pignoris, vide Ro. sing. 575. inc. ego le. itẽ aduerte, q̃a ĩ quocũque ɔ̃ctu deceptio est in pretio, dʒ attẽdi ipse ɔ̃ctus, vide Ang. ɔs. 188. ĩc. prout pʒ ex themate. Quid ãt si decipiať ꝓcurator vẽdẽs, an requiratur deceptio in dimidia, an sufficiat, in 7. vide singulr̃ Pan. ĩ c. q̃ntauallis, extra, de iureiu. Et circa mãm h9 l. vide quæ scripsi ĩ l. sciendũ, & in l. si q̃s cũ aliter, ff. de ver. ob. vide bar. oĩno in l. j. C. de præ. cur. li. x. Ang. l. j. C. de ꝑsc. 30. an. itẽ an habeat locũ in ɔ̃ctib. stricti iuris, & in trãsactionib. vide Ale. ɔs. 291. Et de transactionib. vide Ias. in l. fratris, C. de transa. item vide de mã Ale. ɔs. 270. Are. late in l. si q̃s cũ aliter, de ver. ob. Item qđ sufficiat esse plus vel minus dimidiæ in modico, vide Ale. ɔs. 508. itẽ qđ nõ hẽat locũ in remissione fcã ex mera liberalitate, viđ bar. ɔs. 80. itẽ qđ illud qđ dr̃ esse licitũ decipere vsq; ad dimidiã, ñ hʒ locũ in eccl̃a, vide bar. in tract. differen. itẽ an hẽat locũ ista l. si res, q̃ valebat centum, fuit vẽdita pro decẽ eo pacto, si in paschate nõ solueretur simplr̃ iustũ pretiũ, vide Bal. in c. j. qual. do. feu. ꝓpr. priue. Et ibi ẽt si emptor renũciaret huic legi, an videatur renunciasse ẽt vẽditor, item qñ vẽdõ ẽ facta citra dimidiã iusti pretij, si res empta sit ꝑempta sine culpa emptoris, an possit vẽditor hoc nõ ob. agere ad iustum ꝑtium, vide Crem. sing. 86 itẽ si res fuit vẽdita 50. & testes dicunt ꝙ vʒ cẽtum & vltra, an ꝑt intẽrari beneficium h9 l. vide Fel. in c. cum cã, in pr. extra, de testi. Et ibi ẽt circa fi. declarat q̃uo liceat ɔ̃hẽtib. se inuicem decipere. Quid aũt in minore, q̃ fuit deceptus vltra dimidiam, q̃ tñ iurauit nõ ɔ̃uenire aliqua rõe vel cã, & q̃ renũciauit oĩ bñficio, an possit dicere nullũ, vel petere vt rescindatur rõe enormis læsionis, vide late Com. ɔs. 180. ɔcludentem ꝙ sic, inc. vr̃ prima fronte. Et ibi ẽt ponit an decretũ iudicis appositũ ei obstet, & an sit necessaria absolutio à iur̃o, & alia vide p eum. Pro quo vide ẽt late Ant. de Bu. cõs. 45. inc. domina Orablis per totũ. ꝓut ẽt scripsi in aut. sacramenta puberum, s̃. si aduersus vẽdit. De istis oĩb. vide ẽt Barb. in c. cum cã, de emp. & ven. itẽ an beneficiũ h9 l. habeat locum in ɔ̃ctu, in quo interuenit decretũ iudicis, vide Ale. in l. ꝑtia rerum, ad l. Fal. Barb. in c. cum dilecti, de emp. & ven. vbi ponit alias 4. limitationes, item q̃d si testes deponũt de dimidia iusti pretij & plus, an sufficiat ad rescindendum, vide Ias. in l. cũ fur. ad fi. ff. de in lit. iur. An ãt remedium h9 l. hẽat locum in feudo & emphyteusi, vide Ias. in l. de q̃b. ꝙ habeat locum in feudo, vide Barb. in c. ad nr̃am, in j. no. de reb. ecc. non alie. per illum tex. Item an remedium huius l. habeat locum, quãdo venditio est facta cum subhastatione. Et de aliis limitationib. vide Barb. in c. cum dilecti, de emp. & ven. & multa etiam ponit in c. cum causa, eo. ti. in materia huius legis. Et ibi ponit si venditio fieret p procuratorem, an dominus posset petere cessionem, licèt non esset læsus vltra dimidiam, Et postea ponit quid si interuenerit iuramentum, vel vendens donare s̃. plus, & multa alia, & ibi etiam ponit quòd si in re vendita reperiatur thesaurus, an possit rescindi vẽditio remedio huius l. & per illud quòd dictum est s̃. an habeat locum ista l. in contractu emphytheutico, vide Pau. de ca. cons. 385. An autem possit renunciari beneficio huius l. & quid si adesset iuramentum, & quid de alia, vide late per Barb. cons. 21. vo. 4.

a diam^a iusti p̄tij, p̄t agere vt res reddat̄, vel iustū p̄tiū suppleat̄. H.d.
1 No. q̄d dixi in summario.† Op. & imò vr̄ q̄ liceat ꝯhētib. inuicē se decipere, vt ff. de mi. l. in cāæ. §. & gn̄al'r. & j̄. e. l. si volūtate. so. il la l. si volūtate, determinat̄ p istā, dū tñ nō decipiat̄ qs vltra dimi-
2 diā iusti p̄tij. Circa l. nr̄am ꝓcedā p ordinē gl.† Quero, q̄ actiōe petat̄ rescissio vēdōis, s̄m formam h^9 l. q̄dā dn̄t, p officium iudicis, & sic p modū restōis in int. ex cā gn̄ali, si q̄ mihi iusta cā esse videbit̄, vt s̄. ex qb. cau. ma. l. in ꝯtib. Gl. d̄t, q̄ imo petit̄ actiōe ex eo ꝯtu, qa in bonæ fidei iudicio veniūt ea, de qb. nō ē cogitatū. vt j̄. de ac. emp. & ven. l. 2. Effectus istarū opi. est magnus. Nā si agit̄ offō iudicis, quadriennio finiet̄. Si agit̄ actione, durat 30. an. & iō ꝓ eius declarōe dic. Qn̄q; ꝯtus emp. & vē. est ab initio ipso iure nullus. Qn̄q; venit rescindēd^9. Primo casu, aut hoc ꝯtingit ex ꝯhētium dispōe, & agit̄ ad resoluēdū ꝯtū, q̄tenus de fcō ꝓcessit actiōe ex eo ꝯtu, vt ff. de ꝯh. emp. l. s; Celsus. §. si fundus annua. & l. ex empto. §. is q vina. de ac. emp. Si verò hoc ꝯtingit absq; dispōne ꝯhētium, tūc ñ agit̄ actiōe ex eo ꝯtu, s; q̄d dolo, vel alia, vt l. & elegāter. in pr. ff. de dol. Ita d; intelligi j̄. e. l. si dolo. l; gl. ibi al'r sentiat, & malè. Secūdo casu qñ ab initio valuit, s; ex post fcō petit̄ rescindi: aut ad istā rescissionē est ꝓdita sp̄al'r aliq̄ actio, vt si fcā esset metu, & nō est dubiū q̄ illa agit̄, vt s̄. l. ꝓx. Idē si modus rescindēdi esset introductus aliq̄ sp̄ali fauore, vt p restōē in integrū, q̄ ꝯcedit̄ minorib. p ti. si adu. vēdōē. Si verò petit̄ rescindi de iure cōi, ñ ex aliq̄ singulari fauor̄, tūc agit̄ actiōe ex eo ꝯtu, vt l. ex empto. §. si qs virginē. ff. de ac. em. Ita d; intelligi j̄. de ac. em. l. vēditi. la 2. Nūc ad ꝓpositū, cū hic petat̄ rescindi de iure cōi, q̄d nō dat̄ aliq̄ sp̄ali fauore, d; peti actiōe ex eo ꝯtu, & sic est vera opi. gl.† Quæro 2. q̄d ecōuerso,
3 si est deceptus emptor, qa emit rē vltra dimidiā iusti p̄tij? Gl. q̄ ē j̄.
4 idē dicit, & bñ eadē rōe.† q̄ro q̄d in aliis ꝯtib. bonæ fidei, si aliqs est deceptus vltra dimidiā iusti p̄tij? rñ. l; gl. ñ tāgat, idē ī oīb. ꝯtib. vt s̄. ex qb. cau. ma. l. ī ꝯtib. & q̄d ibi no. & s̄. com. vtriusq; iu. l. ma
5 iorib.† q̄ro 3. q̄d ī ꝯtib. stricti iuris. b Dicit gl. q̄ tūc obstat excep-
b tio doli, vt l. si qs cū aliter. ff. de ver. ob. dicit Cy. q̄ in hoc est vis, qa cū exceptio doli sit odiosa, ḡ si soluisset, ñ posset repeter̄: s; ī ꝯtib. bōæ fi. ēt post solōē factā p̄t agi, vt rescindat̄, vt hic. q̄d nō pl;. nā il la exceptio doli d̄r odiosa, q̄ orit̄ ab initio ipso, ñ illa, q̄ orit̄ ex post fcō vbi nō est ꝯmissus dolus in ꝯhēdo, s; dolo facit in eo q̄d petit. Ita no. in l. q se dēre. ff. de ꝯd. ob cām. & clarius in l. q̄ exceptionē. ff. de ꝯd. ind. S; ista exceptio doli est hmōi. vt d. l. si qs cū al'r. ḡ, &c.
c Est ḡ dr̄ia^c inter ꝯtus bonæ fi. & stricti iuris. Nā in ꝯtib. bonæ fi. anteq̄ soluat, h; exceptionē, vt s̄. de hæ. ven. l. q nōdū. Itē post rem traditā h; actionem, q̄ est bonæ fi. vt hic, iō in ea veniūt vsuræ, & aliæ accessiōes. S; in ꝯtib. stricti iuris, anteq̄ soluat, h; exceptionē: postq̄ soluit, h; ꝯdōē indebiti, q̄ est stricti iuris, & in ea vsuræ ñ ve-
6 niūt, vt l. j. s̄. de ꝯd. ind.† Quæro, q̄d si ꝯtus bonæ fi. deduct^9 sit in
d stipulōe, ^d vt quotidie fit in q̄libet instrō? Rñ. idē, q̄d in ꝯtib. bōæ fi. Hoc vr̄ sentire gl. in d. l. si qs cū al'r. & ibi plenè dixi. & hoc ēt vr̄
7 sentire hic, si diligēter inspiciat̄.† Quæro, vtrū hæc l. hēat locū in
e ꝯtu trāsactionis?^e Tex. vr̄ q̄ nō in l. Lucius. §. fi. ff. ad Tre. ꝯrīū dixi vobis in l. si qs cum aliter. Tñ est aduertēdum, q̄ si in trāsactiōe aliquis est deceptus vltra dimidiam valoris rei, tūc nō haberet locum ista mā, vt d. l. Lucius. §. fi. s; tūc h; locū qñ est deceptus vltra dimidiā illius, q̄d valebat ille dubius euētus litis. ar. ad hoc q̄d ha
8 buistis no. in l. p diuersas. in gl. ma. s̄. mā. Et † p hoc ego ꝯsueui da-
f re talem doctrinam. ^f qñ arbitramētum petit̄ reduci ad arbitrium boni viri, ad detegēdam iniquitatē arbitramēti: cū arbitramētum sit trāsactio, vt dixi vobis in aut. si vero ꝯtigerit: s̄. de iud. & no. in corpore vnde sumitur, nō sufficeret ꝓbari q̄ arbitrator arbitrat^9 est aliter, q̄ ius esset, s; d; ꝓbari q̄ arbitratus est ipse minus vel plus, q̄ valeret dubius litis euētus, & ista est solēnis practica. Quæro, q̄d
g si maior. q vēdidit, iurauit ^g nō venire ꝯ, an † per iurm̄ perdat bene
9 ficium h^9 l. Gl. t; q̄ sic. Facit s̄. si adu. ven. l. j. & aut. sacrā. Quod intel lige, nisi fuerit dolo vel metu inductus, qa tunc ēt de iure can. nō
10 tenet̄ ad obseruātiam iurī.† q̄ro, q̄d si minor iurauit ^h nō venire ꝯ
h rōe minoris ætatis. Et tūc nō est dubiū, q̄ nō ꝑdit beneficium h^9 l. Nō. n. ꝯperit rōe minoris ætatis. S; an perdat beneficium restōis in int. Dy. dicit q̄ nō, nisi de hoc fuisset certificatus, qa iurm̄ nō ex tēdit̄ ad ea, de quib. nō est cogitatū, vt l. fi. s̄. de nō nu. pe. & l. fi. q sa tis. co. ad mu. l. fi. in pr. S; illud, q̄d qs ignorabat, nō vr̄ cogitatū, vt l. mr̄. de inof. test. ḡ, &c. ꝯrium determinaui vobis p tex. ī l. j. s̄. si ad. ven. & in aut. sacramēta. vbi sufficit q̄ iuret nō retractare ꝯtum. Nec ob. q̄d dicit Dy. nam fateor q̄d iurm̄ nō extēdit ad illud de q̄ nō est cogitatum, subaudi sp̄r, vel generaliter. Simile habuistis in
11 l. sub p̄textu s̄. de trāsa. sed hic saltē gn̄al'r est cogitatum. Nā † eo q̄d iurat super fcō, vr̄ iurare super oī iure descēdēte ex eō ꝯtu, vt l. duob. §. si quis iurauerit. ff. de iurei. Si verò iurat nō venire ꝯ rōe minoris ætatis, vel alia quacunque cā, tūc nō est dubium q̄ nō p̄t venire ꝯ, per remedium huius l. qa etiam de hoc est iuratum. Si
12 verò iurat simpl'r, nō venire ꝯ, tunc iurm̄ † rep̄sentat eū maiorē, & nō facit pl^9, vt in aut. sacrā: s̄m gl. hic positam. & sic ī dubio minor
13 vr̄ iurare nō venire ꝯ rōe minoris ætatis.† Quæro, q̄d si emptor istā rē alteri vēdiderat, & tradiderat, an ꝯ eū possit agi actiōe ista? Gl. determinat q̄d sic, & bñ. Secus si fortuito casu periisset. q̄d dic,
14 vt in gl.† q̄ro, q̄d si dictū est in instrō, q̄d illud q̄d plus v;, dedit, &
i donauit tāq̄ benemerito, ^i an per hoc videatur recessum à bñficio h^9 l. Azo in summa huius tituli, vr̄ dicere q̄d sic. Facit pro hoc ff. de ꝯh. emp. l. cum in venditione. & l. si quis donōis. Quod no. s̄. de ꝯh. emp. l. si donatiōis. hoc nō pl; mihi, primò per l. ab Anastasio. s̄. man. Sed posses dicere q̄ est speciale in odium redimētis litem. Probo

a ADD. ¶ Ale. Mām huius l. vide in c. cum dilecti, de em. & vē. Et hanc l. singul'r ampliauit Bart. in l. societatē, §. arbitrorū, ff. ꝓ soc. s; sub dubio forte, Itē limita, qñ qs damnatus est vēdere rē ex vltima vol. s̄m Bal. in l. Imperator, §. si centum, de le. 2. per illum tex. q̄d intellige si taxauit certum p̄tiū, aliàs secus, l. si fideiussor, §. meminisse de le. j. Ad q̄d bene facit gl. in l. ait prætor. §. ꝑmittit, in verbo, audi turum, de mi. adde q̄d no. dixit Bar. per l. si fundum sub condōe, §. si libertus, de le. j. Sed pone q̄d res valebat centū, & vēdita fuit ꝓ decē, cū pacto q̄d si in paschate soluent, adimpleat̄ iustū p̄cium, an hēat locū remedium h^9 l. dic q̄d non, s̄m bal. in c. j. qualiter dn̄s ꝓpri. pri. & ibi subdit, q̄d si ēptor renūciauit huic legi, non vr̄ renūciare vēditor, ar. l. iubemus, s̄. ad Vel. & l. si vnus, §. in summa, de pac. Sed an rōe læsionis possit rescindi pactū, vel trāsactio, vel renūciatio eius, q̄d pēdebat ex futuro euētu, vide Bal. l. j. s̄. de pac. Limita ēt hāc mām, nisi decretum iudicis interuenisset, s̄m Bart. Bal. & Ange. in l. j. j̄. de ꝑd. cur. quē seq̄tur d. Abb. in c. cum dilecti, de emp. & ven. sed bal. hic ꝯ, & Io. de Imo. in l. si qs cum aliter, de ver. ob. Sed idem Abb. in c. cū cām, de emp. & ven. tenuit ꝯ Bar. qa licèt decretū excludat p̄sumptionem deceptionis, ñ tñ excludit probōnem in ꝯrīū: sicut minor vendens cū decreto, tñ auditur in restōe l. magis, §. pen. de reb. eor. c. j. de reb. eccl. non alien. in 6. s̄m eum, & contra Bar. tenet etiam hic Bal. in rep. Quid autem si res esset subhastata, vide sing. Bal. & Ang. in l. j. j̄. pro empt. & in l. pretia rerum, ad l. Fal. & no. q̄ licet Bal. hic teneat, quod ecclesia non possit petere in contractu venditionis restitutionem in integrum, si sit decepta vltra dimidium iusti pretij, tamen Abb. Sicu. in c. cum dilecti, præal. tenet ꝯrium, licèt non faciat mentionem de Bal. Mouetur per illum tex. ibi, in si. dum dicit reseruata, &c. Item quia remedium extraordinarium est pingue, &c. iuxta no. ī c. ex parte, de resc. & in c. j. de rest. in int. li. 6. Posset tamen dici q̄ tex. in d. c. cum dilecti, nō possit intelligi in reseruatione restitutionis, quia ibi erat ecclesia contra ecclesiam, ergo non habet locum restitutio l. verum, ff. de min.

b Ale. Io. An. in c. dilecti, de emp. & ven. tenet q̄ ista l. habeat locum in promittente de loca. de aliis nihil dicit. Tu dic de omnibus idem.

c Bal. hic dicit quòd in contractib. stricti iuris habet locum condictio incerti.

d Abb. in d. c. cum causam, post gl. tenet opinio. Bar. hic contra Bal.

e Ale. Cōtra Bar. Flo. all. tex. in l. quod si deferente, ff. de dol. quam partem videtur tenere Inn. in c. cum causam, de emp. & ven. Pro quo vide ibi Io. an. in nouella.

f Vide Bar. in d. l. si qs cū aliter, hic all. & l. § arbitrorū, s; bal. hic, in 8. q. t; ꝯrium.

g Ale. Quid autem si simpliciter renunciauit omnibus beneficiis, vide Bal. hic. Pari. Vide do. Ant. consi. 53. qui dicit secus esse, si non interuenirer iuramentum, item quòd etiam non est tex. toto verum quando iuramentum interuenit.

h Ale. Vide gl. in c. cū cām, de emp. & ven. quam sequit̄ Host. in c. cū ꝯtingat, de iu rei. Io. an. ī d. c. cū cām, sequitur opi. Dy. ī cōs. q̄d ibi refert de verbo ad verbū, & idē Fed. de Sen. in consi. 123. s; Arch. in c. quis, de pac. in 6. ꝯformat se cū opin. Bar. & vide Bar. in l. sciendū, & q̄d ibi dixi, de ver. ob. Et adde q̄ Pe. de Bel. p̄. t; minorem excludi ab omni beneficio, quia q. omne dicit, nihil excludit 19. dist. c. si Rom. c. solitæ, de maior. & obe. & Io. an. vbi s̄. alleg. pro Dy. id q̄d voluit gl. no. in l. fi. §. proinde, ff. ad Vel. q̄d mulier non possit renūciare Velleiano, nisi certiorata. Plus dicit Fed. consi. 193. & refert d. Abb. in d. c. cum causam, q̄ etiam si in instrō minor fuerit certioratus à notario, ñ p hoc sit fides de certioratione, qa notario creditur in his quæ gesta sunt contra se, non à se, ar. l. omnibus, C. de testa. q̄d est valde no. subdit tñ ipse d. Ab. in hoc videndum eē q̄d no. Inn. in c. qm̄ contra, de prob. & quod cōis practica habet in se contrarium, & opi. Dy. ēt sentit Cy. hic, d. Ant. in c. cum cām, dicit, q̄d in dubio præsumenda est certioratio, quia non est verisimile se venire ad actum iurī sine certioratione, seu vbi ꝯstaret nō interuenisse, t; opi. Dy. quia emens non consentit. Et approbat ēt hanc opi. s̄m do. Abb. Io. an. in c. j. commo. Et de hoc an præsumatur certioratio, vide gl. in d. l. fi. §. pe. ad Vel. & d. Abb sequitur opi. Bart. & communem, quia, vt dicit Arch. in d. c. 2. de pac. in 6. iura in illa parte requirunt certiorationem, item quia iurm̄ est de iure diuino, & innititur iuri naturali, à cuius ignorātia nemo excusatur, 38. dist. quia es. & l. 2. cum si. s̄. de in ius voc. Si tamē minor esset læsus, posset petere absolutionem à iurō, arg. no. in c. cum contingat, de iureiu. & in c. 2. de pact. in 6. & refert d. Ant. in d. c. cum contingat, se consuluisse quod etiam si interueniant verba magis specifica: vt quia minor dicat se velle donare totum, q̄d plus valebit ēt in magna quantitate, q̄d in minore præsumitur deceptio. ar. l. si qs cū sciret, ff. pro emp. & ideo dicit d. Ab. in d. c. cum causam. Et credendum in minore, vbi posset petere absolutionem à iurō, propter enormissimam læsionem, intelligendo q̄ non donauerit quod plus valebat, qa non præsumitur consensisse in tanta deceptione. item quia iuramētum vr̄ illicitū ex parte recipientis, cum interuenerit ex parte sua dolus ex proposito vel re ipsa, quo casu petit absolutionem à iuramento, iuxta no. in c. j. & c. debitores, de iurei. Aduerte qa ratio s̄. posita, videlicet q̄ iuramentum sit de iure diuino, non valet, quia non trahitur ad incognita, iuxta no. per Bar. in l. si quis pro eo. cum si. de fideius. Bar. hic in x. q. loquendo in simplici renunciatione sine iuramēto, dicit quod in muliere, & minore, & rustico, requiritur certioratio. Vide eum hic in d. x. q.
¶ Adde an hæc l. habeat locum locōne, Bal. consi. 92. li. 3. & consi. 323. & an habeat locū in sciente valorem rei, vide Alex. consi. 127. li. 3. & an in minore iurante, vide per eundem consi. 88. e. li. pulchre per bal. consi. 40. li. 4. vbi tenet quod iuramentum non operetur certiorationem. De quo etiam vide in aut. sacramenta puberum, & an hæc l. habeat locum in solutum datione, vide Old. consi. 37.

i Ale. Adde Bar. in l. si quis cum aliter, de ver. ob. & in l. ab Anastasio, mād. Sed aliter dicit Bar. hic in 7. q. per bal. in l. cum filius, §. pater cum filia, de leg. 3.

Probo ḡ alia rōe,& hic aduerte qa est veritas, &ꝑ hoc resp.ad ll.q̄ faciūt in ꝯriū. Aut.n.qs scit valorē rei, & iste bene pt p̄tio viliori vēdere,&sic partē donare. Ita loq̄r l.si qs donōis.ff.de ꝯh.emp. ēt si illa verba nō essent apposita in ꝯtu,hæc igr l. nō hēret locū
a in sciente valorē rei,vt j̄.dicā.S; si aliqs valorē rei ignorat,ꝑ hæc
15 verba,†& qđ plus v;,&c.vr̄ velle donare si v; plus modico, nā ad modicum tm̄ refert hæc adiectio vt l.hæc adiectio. de ver.si.& de in lit. iur. l.cum furti. Vnde habebit beneficium huius l.deducto illo modico quod vr̄ donare. Præterea,Si in illo ꝯtu donationis est deceptus vltra dimidiam illius p̄tij,quod donare intēdebat,ar bitror quod nō pt venire ꝯ,tanq̄ deceptus in venditione: qđ plus placet.vel saltem tāquam deceptus in illo contractu donationis.

b 16 Vidimus perfectè[b] theoricam h⁹ l.videamus nūc practicam. Et primò hēmus†videre q̄lr dēat formari petō in l.nr̄a. Circa quod debes videre primò, quid dēat narrari. secūdò qd cōcludi. Narrari d; qđ tpe venditionis res valebat tm̄,& quod vēditor errore ductus vēdidit eā ꝑ viliori p̄tio,seu ꝑ tanta q̄titate,& sic est deceptus vltra dimidiā iusti p̄tij. Ista d; esse narrō. Primò qđ res valebat tm̄ tpe vendōnis,nō tpe petitionis. Probat̄
c j̄.e.l.si volūtate.[c]in fi.Et sic bñ aduertas,qđ petō & articuli referātur ad tp̄s vēditionis. Secūdò quod errore ductus vēdidit pretio viliori. Probat̄ j̄.si ma.fa.l. 1.& s̄.com.vtri.iud.l.maiorib.in eo, qđ dicit perperā. Tertiò,ꝙ vltra dimidiā iusti p̄tij. Hoc ꝓbatur ī hac l. Debet ēt in narratione poni, qđ paratus est venditor restituere p̄tium,qđ recipit,vt hac l. Cōclusio verò qualr̄ d; fieri, pt esse varietas. Primò pt fieri vno mō.qđ in ꝯclusione solum petam mihi rē restitui,& istud veniat iure actiōis, s; per offīn iudicis dabitur emptori facultas retinēdi rē,& supplēdi iustū p̄tium,vt hic.sicut dicimus in actiōe noxali,vt l.miles.§.q decem.ff.de re iu. Vel aliter,&
d istud magis laudo, quod libellus ꝯcludat alternatiue, [d] s.peto eū mihi ꝯdemnari,vt dictam rē reddat,vel iustum pretium soluat,vl' suppleat,vt ꝓbatur hic,&in d.l.j. j̄.si ma.fa.ra.alie.hab. Quod dixi, qn̄ venditor est deceptus,&agit ꝯ emptorem,totum ecōuerso d; dici,qn̄ esset deceptus emptor & ageret cōtra vēditorem, tam in narratione,quam in cōclusione,vt de facili per te potes ꝑpēdere.

17 c Vidimus †de mō petēdi: Videamus de mō probādi.[e] Et hic sunt duo,in qb.est dubium. Primò q̄lr ꝓbabitur valor rei. Secūdò q̄lr probabitur error. Circa 1.gl.hic ponit
f q̄dam,[f]q̄ videntur mihi multum dubia. Primò dicit ꝙ nō suffice
g ret si testis in causa scientiæ diceret,interrogatus q̄uō scit. qđ res valebat tm̄ dicto tempore,resp.ꝙ ipse tm̄ dedisset. si 20.testes hoc dicerent,nō sufficeret.nam qlibet est singularis in dicto suo,& nō h; contestem,ergo,&c.vt l.iurisiurandi.s̄.de test.licet gl.nō assignet istam rōem. Præterea,istud quod hic dicit,reqritur qđ sit deceptus,vltra dimidiam iusti p̄tij,hoc est communis p̄tij.sed hic qlibet testis testificat̄ de singulari p̄tio, nō de communi p̄tio.ḡ,&c. vt l.p̄tia rerum.ff.ad l.fal. Vel possumus dicere,qđ si dicti testes ad derent in eorum dicto,& ego tm̄ dedissem ꝑ communi æstimōe, qđ isti testes ꝓbēt.Et l; dicas qđ quilibet testificat̄ de seipso, & sic
18 vidētur singulares,tn̄†qa testificātur circa idē ī quo sunt æqualr̄ periti,vt in communi æstimatione,videntur esse ꝯtestes,& qlibet idem deponeret, vt l.nemo est q nesciat.de duo.reis.& no.ꝑ doc.
19 in simili in l.j. j̄.de sen.q̄ ꝑ eo qđ interest profe. Est ergo†aliud remedium,s.qđ inspiciātur vēditiones factæ in illo loco,& in illa ꝯta,& q̄titates fructuum,& rei q̄litates: Et ex hoc colligit̄ æstimō,
20 vide gl.q̄ bene dicit. S; pp†hoc hinc aduerte, Practica vera & clara,& indubitabilis eēt ista qđ iudex ipse hoc inspiceret,vel mitteret duos bonos ęstimatores,q hoc inuestigarēt,& referrēt. De primo.s.de iudice,est tex.in l.si.j̄.de iu.do.imp. De scđo,s.de æstimatorib.habuistis tex.in l.hac edictali.§.his illud. j̄.de sec.nup. Dico
21 igr̄,†qđ in oīb.istis,in quib.est magis iudicium,q̄ testimonium,iudex d; ponere aliquos bonos hoīes ad faciēdum illā æstimōnem, & ad ꝓferēdum illud iudicium, vt l.j.de ventre inspi.& de fi.instr.
22 l.comparationes.S;† q̄tum res valeat,nō pt videri per oculum, s; intelligit̄ ꝑ intellectū. Et iō debent mitti piti in arte sua ad hoc faciēdum,vt in Aut.de alie.& emph.§.si vero qs.&de nō alie.§.qa verò Leonis.& §.si verò alicuius.Et sic vr̄ voluisse intelligere gl.j.
23 in hac e.l.ꝑosita,per ll.quas all.S; si†quis vellet ꝓbare per testes, istud esset difficile,posset tn̄ sic ꝓbari vno mō leui,si de hoc essent testes,q dicerēt ꝙ tūc tpis ante, & post viderūt q̄ plurimos hoīes volētes eam rē emere ꝑ tāto p̄tio communi æstimōe.vbi de hoc nō essent testes,esset necesse qđ de hoc fierēt multi articuli. Priò,
h qđ p̄dium illud est tanti reditus.[h] Item ꝙ in ꝯta ista p̄dia,q̄ sunt tāti reditus dicto tēpore,& añ,& post ꝯsueuerunt tm̄ vendi. Et hoc
24 est verum in reb.immobilib. In reb.† vero mobilib.quæ cōsistūt in numero,pōdere,vel mensura,qualr̄ debeat fieri ꝓbatio,dixi in
25 l.pretia rerum.§.nonnunquam.ff.ad l.Fal. In aliis reb.† mobilib. vt in libro, & similibus,quæ non faciunt fructum, æstimabuntur res,quantum vendi possunt,vt l.si seruus.ff.de cond.fur.

a ADD.¶Vide Bar.hic in 4.q.Fallit in administratorib.scienter vendentib.secundum Bal.hic,in 8.q.

b Ale.Et per Bal.in l.maiorib.C.com.vtri.iu.per Mod.inst.de act.§.si quis agens. Pom.Vide Ang.cons.311.in pr.de prob.Im.cons.31.& Aret.125.& aliquid per Ale. 68.vo.2.vbi dicit ꝙ non præsumitur mutatio pretij,nisi ꝓbetur, & 133.ad fi.vo. j.vbi idem đr,& vide ēt ipsum ad hæc ꝯs.27.vo.5.& nō ab re.Aret.cons.52.ī ver. ꝯfirmatur,vbi đr rem,cui onus est annexum,minus valere,q̄ si foret libera,ēt si esset onus fideicommissi.Et vide oīno tex.in c.cū Ioannes, & ibi Pan.in 5.no.& ibi addidi ēt de fi.instr.& vide ēt Ale.cōs.155.in fi.vo.2.vbi ponit vnum modum hoc ꝓbandi,& nō ab re.Fel.in c.ad aures,de resc.Ale.in l.pretia rerū,ff.ad l.fal. & cons.46.vo.3.vbi ponit ēt qualiter testes deponentes super valore rei, debēt scire eius qualitatem,& quar̄ proberur ꝙ sit vēdita citra dimidiam iusti p̄tij, & an sufficiat ꝙ probet̄ qđ aliàs res similis valeret,nisi tm̄,& q.b.magis creditur,an testib.deponētib.rē valere nisi tm̄,an vero deponētib.valere tm̄ &vltra.

d Ale.Adde tex.& doc.in c.ad nostram,de em.& ven.& Bal.in l.maiorib.& hic in 11.q.qui reprobat illam formam conclusionis libelli,de qua hic per eum in 15.q.

e Ale.Quid āt si testis dicat rē valere tm̄,an probet,vide Bar.ī l.fi.C.de p̄d.& oīb. reb.naui.li.11.& ibi oīno vide.Et an testis deponēs super æstimatiōe debeat reddere cām,ēt nō interrogatus,tetigit Bar.in tract.de test.quē assumpsit bal.l.solam,de test.&hic in rep.& Bal.ī l.j. j̄.de sen.quæ ꝑ eo qđ interest.Et de hac mā, & q̄uo ꝓbet̄ valor rei,vide Mod.inst.de ac.§.si q.s agēs. S; an per instr̄m veterū emptionum ꝓbet̄ valor rei ad p̄sens, vide fm Bal.ī l.j. j̄.de sen.q̄ ꝑ eo qđ inter est.ibi,quid si instrumēta singularia,& vide hic Bal.& ad hoc no.vide Im.in l.q. Romæ,§.cohæredes,de ver.ob.& d.Ant.& Inn.in c.pe.de em.& ven.&valor rei ꝓbatur ex q̄titate redituum, vt vult hic Bar.in fi.vide bonum tex. in l.si fundū per fideic.in pr.de le.j.& ꝙ ibi no.in l.si quos, j̄.e.Facit tex.no. in l.qui bonis,de ces.bo.& qđ no.Im.in l.apud Iul.§.hæres,de le.j.& bar.in l.societatē,§.arbitrorum,ꝓ socio,& qđ no.Bar.in l.si fundū,de rei ven.Item non h; locū remedium h⁹ l.in iudicio,puta si res adiudicet̄ ꝑ minori p̄tio, fm Bal.singulariter in l.ordo,C.de exc.rei iu.vide per Lud.in d.l.si quis cum aliter,de ver.ob.vbi de materia. Et adde ꝙ materia huius l.habet locum in omnib.contractibus bonæ fidei, Tex.est,& ibi gl.no.in l.in maioribus,com.vtriusq.iu.& ibi per Bar.& Bal.ibi vide formam libelli,& etiam hic per Bar.

f Pari.Vide circa hoc d.Ant.cons.52.inc.tota ergo difficultas,circa med.Et q.d si testes dicant de diuersis,an cōcordent saltem in minori,vide Sal.hic.Are.ꝯs.65.

g Pom.Vide ad hoc plenas remissiones per Fel.in c.cum cā,in ver.gl.2.de testi.& aliq.d per Ant.de bu.cons.63.& Maria.in c.dilecti filij,de fo.com. & Are.ꝯs.126. & Ale.cons.189.vo.2.vbi generaliter dicit ꝙ ad grauandum tertium non attenditur id,quod vnus vel duo fecerunt,sed id,quod communiter fieri solet.

h Paris.Quia secūdum reditum datur pretium,l.si fundum per fideicommissum, in prin.cum gl.de leg.1.vbi vide.

LEX IIII.

a Ad rescindendam.[a]Hic est bonus casus,quem tenementi perpetuò.

a ADD.¶Ad hāc l.vide oīno Cy.hic,& quod no.Bar.ī l.3 §.hæc pœna,ff.qđ q.s.iu.

LEX VII.

Ratas. Ad positionem vnius inconuenientis, sequitur positio alterius.& ad hoc allegatur.

LEX VIII.

a Si voluntate.[a]No.hunc tex. in fi.ꝙ ad hoc vt possit rescindi venditio ratione deceptionis vltra dimidiam iusti pretii,op; probari tātum tempore venditionis rē communiter valuisse vel valere, & quod sic tempore venditionis
b dolus. No.& vide primam gl.[b] quæ est optima ad probādum dolum in materia venditionis & no.istos modos.

a ADD. ¶Pom.No.ex isto tex.ꝙ multa tractantur,q̄ nō perficiūtur. De quo vide Ale.cons.19.vo.4.13.vo.j.& 28.& vide aliquid per Fel.in c.fi.ver.no.vl.de pro. Vide etiam ad istum tex.Barb.consi.8.vo.2 No.tn̄ ꝙ licèt multa tractentur, q̄ non perficiantur, tamen ex tractatu præcedēti sumitur coniectura ad sequentia,vt per Ale.cons.j.vo.3.Et ad primum no.Bar.hic, vide Barb.cons.17.&Ale.in l.vnū, in 5.no.ff.si cer.pe. Vide etiam non ab re Alex.cons.68.vo.3.& 36. vbi ponit pulchrum exemplum,vo.5.& 148.e.& Bal.244.j.par. vbi dicit ꝙ alius est tractatus, aliud conclusio. ¶Pari.Ad declarationem huius l.ꝙ licèt contrahentibus se inuicem decipere,vide Fel.in c.cum causa,circa fi.extra de testi.

b Ale.Imo gl.hic non dicit hoc,sed in l.dolus, j̄.e.

LEX XIII.

Si maior. Protestō facta ab eo qui non h; ius protestandi, nihil releuat,vidisti in l.si fundum.de rei ven.

LEX XV.

1 *Patrimonij sui vires quilibet scire præsumitur.*

1 Quisquis. No.† ꝙ quis scire præsumitur facultatem sui patrimonij, vt dixi vobis in aut. sed cum testator.ad l.fal.Gl.intelligit hāc l.in eo q est deceptus vltra dimidiam iusti p̄tij. Nā in eo q est deceptus vltra dimidiam partē,immedia-
a te præsumitur error.[a]nec est p̄sumptio quod sciuerit. Vide gl.quę est super ver.paulo vilioris Idem ēt tenent doc.quod tene menti.

a ADD. ¶Ale.Adde Bar.in l.2.s̄.e.in 3 q.& adde quod no.gl.& Ang.& Imo.in l.si quis cum aliter,de ver.ob.

LEX XVI.

1 *Aestimatio facienda est secundum rei qualitatem & redituum quantitatem.*

2 *Res quòd tantum valeat, & non plus,quia facta subhastatione tantum reperitur,non est sufficiens probatio.*

1 Si quos. No.†æstimationem fieri secundum rei qualitatem & redituum quantitatem , vt vidistis s̄.e.l.2. Tene
2 menti hanc l.quę est bona.†No.quod non est sufficiens probō,ꝙ res tan

a res tantum valet,& non plus,quia facta subhastatione atantum re
peritur & non plus.Debet ergo fieri æstimatio secũdum rei qua-
litatem,& redituum quantitatem per bonos homines ad hoc po
nendos.vt dixi s̃.e.l.2.quod tene menti,&c.

a ADD. ¶Adde Bar.& quod ibi dixi in l.j.j̃.de præsc.30.an. Dicit tamen ibi bal.& Ang.ꝙ subhastatio tollit remedium l.2.s̃.e.Et ad gl.hic,quæ ponit quot requirãtur ad celebrandum venditionem per fiscum de re priuati,vide gl.& ibi Bar.in d.l.j.de præsc.30.an.cum concordant.ibi positis.

¶Quando liceat ab emp.discedere. Rub.

LEX I.

Re quidem Gl. non tractat materiam huius l.hic. sed in l.ab emptio.ff.de pac. & idem dicam in l.se. cum ti.seq.

a ¶Sine censu vel reliquis.[a] Rub.

a ADD. ¶Pari.Circa istam rub. quam Bar.non legit,vide D.Fran.cons.105.Item ꝙ emẽs teneatur ad onera,etiam si res non sit descripta in extimo suo,vide Barb. late cons.84.vo.3.dummodo fuerit res vendita, ideo onera subire tenetur,vt ibi,&etiam per Bar.in l.incola.in pr.ad munic.Vide Ale.cons.142.vo.2.ad finem, quòd emens rem descriptam in extimo teneať ad noua & vetera, sed loquitur qñ emẽs sit subditus collectis,aliàs non possit collectari,vt per Ale.ꝯs.52.vol.2.

LEX II.

1 *Emens fundum à rustico, tenetur ad illas collectas tantum, ad quas tenebatur rusticus,pro illo fundo.*

1 Rei annonariæ. No.ꝙ ille,qui emit † aliquam possessionem ab aliquo rustico, nõ tenetur ad collectas,ad quas tenebatur ille maledictus rusticus, nisi pro illa possessione,non aliis.quod est no.

LEX III.

Omnes. No. ꝙ ille, qui possidet fundum,debet pro eo soluere collectam, licèt sibi non sit adscripta in catastro:sed sit adscripta alteri.

¶De peri.& commo.rei venditæ. Rub.

LEX I.

1 *Si res euincitur ex causa antecedentis cõtractus venditor tenetur de euictione.*
2 *Quomodo sit denunciandum venditori litem motam.*
3 *Venditori scienti litem motam,an sit denunciandum.*

Post perfectam. Hæc l.habet tria dicta.Primũ dictum est satis ꝯmune. Duo sunt singularia. Primùm est satis commune. Secundum
1 est:†quod si res euincitur ex causa antecedentis contractus, venditor tenetur de euictione:secus si ex causa,quę sequitur post cõtractum. Tertiò dicit,ꝙ emptor d; denunciare venditori, vt adsit
2 causæ agendæ. Et per hoc†ego dico in materia de protestatione, quod non sufficeret, si ego dicerem,denuncio tibi quod mihi est mota lis,sed debet dici : mihi mota est lis à tali,ideo denũcio tibi, vt adsis causæ agendæ,vt venias ad defendendum.non autem suf
3 ficit simpliciter denũciare.† No.istum finem,propter quem dico in l.denunciasse. §.quid tamẽ.de adul. quod Dy.in c.eum qui certus.nõ intellexit verbum in illa q qua quæritur,vtrum si vẽditor scit,debeat denunciari ei, & ibi distinguit sua verba. Veritas est ista,quando denũciatio fit solum ad certificandum te,tunc procedit regula,quod ille,qui certus est, nõ d; amplius certificari,vt d. c.eum qui certus.& l.j.in fi.de ac.emp. sed quando denũciatio fit ad incitãdum te ad aliquid,certè ille qui est certus, debet incitari. Vnde l.dicit hic,quòd venditori debet denunciari, vt adsit causæ agendæ, vnde licèt sciat totaliter,nõ tamen fuit incitatus ad hoc, vt veniat ad defendendum.

LEX II.

1 *Si venditio est facta ad mensuram,an dicatur venditio perfecta,antequam fundus mensuretur.*

1 Cum conuenit. Quæro,venditur fundus†ad mensuram, vtrum antequam mẽsuretur,sit
a perfecta venditio.Hanc q.afacio tibi propter hunc tex.ibi,hæc omnia locum habent,&c.Et eam habui de facto, cum quidam ageret rei ven.& fundus fuerat venditus ad mẽsuram, nec apparebat de mensuratione,&c.

a ADD. ¶Ale.Dicit Pau.de ca.quod periculum est venditoris l.si venditione,§ j. ff.e.& no.in l.Iul.§.Titius,ff.de ac.emp.Et hoc ante traditionem,secũdum Pau. de Ca. qui dicit quòd venditio non dicitur facta ad mensuram ex eo quod dicatur vendo tibi illam vegetem vini ad rationẽ 20.li.pro campo vel iugere, sed dicetur ad mensuram factam si dicerem,vendo tibi 10.salmas vini ex ista vegete,vel campos 10.ex isto fundo.

¶De act.emp.& vend. Rub.

LEX IIII.

1 *Quis an possit præcise cogi ad tradendum,remissiue.*
2 *Interesse licèt pro parte non probetur,iudex arbitrabitur ex officio suo.*

1 Si traditio. An† autem quis possit præcisè cõpelli ad tradendum.Dic vt plenè no.in l.1.in pr.ff.e. Et e-
2 go plenè dixi.in l.stipulationes non diuiduntur. de ver.ob.† No. ꝙ hic videtur casus eius,quod dixi vobis ĩ l.j.j̃.de sen.quæ pro eo quod interest, quòd licèt per partem non probetur interesse, iudex debet arbitrari ex officio suo.

LEX V.

1 *Implens contractum ex parte sua,vltro citroque obligatorium,cõstituit alium in mora.*
2 *Vsuræ ratione pretij non soluti,possunt peti etiam de iure canonico.*

a Curabit. aNo.†quod in contractib.in quib.vltro citroque
1 aliquid debetur,si vnus implet cõtractum bex par
b te sua,alius est in mora c re ipsa sine interpellatione.†No.etiam ꝙ
c istæ vsuræ debentur de iure can. vt vidistis no.de vsu. l.2.& extra,
d de vsur.c.conquestus.dquod no.

a ADD. ¶Pom.De intellectu istius l.vide late per Ale.& scribentes in l.de diuisione,circa gl.fi.ff.so.ma.Et adde ꝙ ista mora in regulis, de qua in isto tex.facit etiam incidere quem in pœnam,ita etiam est gl.in l.ad diem,2.& illam põderat Raph.Cu.de ver.ob,& doc.in d.l.de diuisiõe. ¶Pari.Limita singulariter vt Are. cons.150.ad fi.vbi etiam an vsuræ debeantur ex mora, vel propter fructus, vide etiam eundem in l.ita stipulatus,de ver.ob.vide Ale,cons,69.vo.j. Item ꝙ dispositio huius l.procedat etiam in contractibus stricti iuris,& etiam de iure cano. vide Bar.de vtroque in l.filius,§.filia,ff.de col.do.vbi tex.est in materia, vide in l.socium,ff.pro soc.Idem in l.Iulianus, §.ex vendito,ff.de ac.em.quæ cõcordat cum ista.Et de materia huius l.an habeat locum in pacto de vendendo,vide Ale.in apost.ad Bar.in l.Iulianus,§.offerri,in 2.apost,ma.de act.em.ff. vide Bal.in l.2.s̃.de vsu.& alios ibi in materia ista.Item ꝙ vsuræ permissę in casu huius l.dicãtur & sint vsque ad quantitatem fructuum perceptorum per emptorem ex re vendita & tradita, vide Ale.cons.69.vo.j.circa fi.de quo s̃. Item de eo quod dictum est s̃.pact.de ven.ꝙ non habeat locum ista l.vide etiam no.Ale.cons.121. vo.4: Et habes quædam no.per istam regulam. Et est repetitum illud consilium in cons.73.vo.2. vide etiam in consi.120.& 119.vo.4.quæ sunt super eodem casu, super quo est illud consilium,122.in contrarium tamen pondera text.in l.fi.§.fi. ff.de fun.do.per quæ ponit vnum no.Bar.in l.fistulas,§.qui fundum,ff.de ꝯtrah. emp.Item vide in materia Alex.cons.121.vol.5.vbi dixit,ꝙ si facta emptione detur terminus 5.an.ad soluendum pretium emptori, interim potest conueniri vt aliquid soluat pro cententario , item ꝙ potest interim emptor condicere rem emptam,& tenetur ad pensionem conuentam.Vide ibi no.per eum. Super quo vide no.Abb.in cons.66.Item quomodo possit venditor percipere fructus ex re vendita taliter,quòd eos non teneatur computare in sortem, vide Cæp.caute. 131 inc.qui vult,& loquitur quando datus est terminus ad soluendum pretium, item contra illud quod tenuit Alex.in d,cons.73.vo.2.& in d.cons.121.vo.4.& in d.§.offerri,ꝙ habeat locum in pacto de vendendo.Vide omnino d.Bart.Soc.in l.si ante nuptias,ff.so.ma.Sed Ias.ibi tenet cum opi.Ale.referens se ita consuluisse.Et vide alios Mod. & pro opin.Ale.vide Com.cons.184.qui vult ꝙ non possit etiam pactum fieri quod lucrètur fructus,item de ratione huius l.& quod procedat etiam in venditore non tradente rem recepto pretio,Alex.cons.147.vo.5. in j.dub.Item quomodo teneatur ad fructus non perceptos.Et quid si interesse excedat fructus,& quædam àlia in materia vide Soc.in l.de diuisione,ff.so.ma. & Ale.ibi multa dicit,item pro opi.de qua s̃.ꝙ procedat etiam si cõtractus nõ sit factus sed promissio de faciendo vide Alex.in pulchro casu in cons.147.vo.5. Item quòd ista regula non procedat in contractib. innominatis. Et de ratione vide Ias.in l.quod te,ff.si cer.pe.item vide de materia concordantes cons.vlt.2. partis,& per discursum, Quid autem esset in terminis huius l.si res vendita esset perempta,an teneatur emptor ad vsuras precij, vide Bar.& Pau.ꝙ sic,in l.sicut emptio,§.j.ff.loc.post gl.ibi & Sali.
b Pom.Contrarium tenuit de directo d.Fran.de Are.in l.ita stipulatus,magna,circa gl.j.ibi.ff.de ver.ob.Vide ibi Cur.respondentem ad fundamenta,Are.
c Ale.Ad hanc l.intellige, quòd quis videatur in mora ipso iure ita demum,si emptor habeat rem,& lucratus est fructus,secus si habeat rem,& fructus non lucratur.secundum opi.Cy.in l.si minorem s̃.de in int.rest.Fallit in minore hic,& ibi.Sed idem videtur tenere contrarium in l.2.s̃.de vsu.vbi omnino vide bar.ad hanc l.si minorem,in l.fi.§.j.j̃.de iur.dot.& Im.in l,insulam,§.vsuras,so.ma.
d Et Bal.in rub.de vsur.& in l.2.e.ti.& ibi Bar.

LEX VI.

Venditi. No.istum tex.dum dicit.Si non ab initio aliud cõuenit. Quando ergo venditio resoluitur ex pacto contrahentium , agetur ad resoluendum contractum actione ex eo ꝯtractu.Quod dic vt dixi plenè in l.2.in j.q.C.de resc.ven.&c.

LEX VIII.

1 *Per solutionem tributi non probatur rei possessio.*

a Si pater tuus. aHæc l.habet vnum bonum casum.Ex eo
1 quod quis pro re soluit † nõ probatur rei possessio.hoc intendit in summario,&c.

a ADD.¶Ale.In hac l.Bal.dicit no.vt si peto rem quam emisse probo, nec probo pretium solutũ,ex officio iud.potero repelli absque eo quod petatur. Vide tamen eundem in l.j. in fi.de his quæ sub modo. Et ad istum tex. hic ponderatum per Bar.adde l.si fundus, & ibi Bar.& doc.de fun.do.

LEX XVII.

a Expulsos. Venditor non tenetur defendere emptorem à violentia, quæ sibi infertur a de facto. H.d. Sed quid si in instrumento contineatur,quòd venditor promisit eum defendere de iure,& de facto.Dic plenè vt dixi in l.stipulatio ista. in prin.de ver.ob.&c.

a ADD.¶Paris.Tenetur tamen prohibere eos quos potest,ne inferant molestiam. Vide Ant.de Bu.cons.22.ad fi.

¶Si quis alteri vel sibi alterius nomine. Rub.

LEX II.

a Si emancipatis. a No.istum tex.ad id,quod dixi tibi s̃. fa.erc.l.filiæ. ꝙ non sufficit,ꝙ pater emat nomine filij,nisi sequatur traditio.quod est not,&c.

a ADD.¶Ale.Adde bo.tex.in l.j.j̃.de castr.pecu.lib.12.vide tamen in d.l.filio,post bar.& adde bar.in l.si filij,de don.inter vi.& vx. & bar.in l.donationes in concubinam,§.pater.de do.tenet bal.in l.2.s̃.de cond.ob cau.&bal.in l.pe.j̃.de exe. rei iud. Et quid in don.causa mor. vel remuneratoria inter patrem & filium,an requiratur traditio?per bal.in l.& si mortis,ad l.falc.

LEX III.

Mancipia. Not.ꝙ l; pretium sit solutũ de pecunia aliena, non impeditur translatio dñij in emptorem.

LEX VI.

1 *Quando quis emit nõie proprio,et de aliena pecunia,quando efficiatur dominus.*
2 *Procurator si fecerit actum tanquam nuncius, ꝙ non valeat nisi mandato adiiciantur verba illa,factorem,& nuncium,&c.*
3 *Dominium quando transferatur ex inutili contractu.*
4 *Gestum à nuncio,quando possit per dominum ratificari.*

a Multum. a Hæc est bona l.& sing. & multum practicabilis. Et diuiditur in 2.partes.Secunda ibi,si vero ab initio.Iterum prima subdiuiditur,quia primò ponit vnum dictum bimembre.secũdò prosequitur primum membrum.tertiò secundum.Secunda ibi,nam si quidem. Tertia ibi,quod si tu quidem emisti.No.ex hac l.quod licèt nomen vxoris b solum sit
b appositum in instrõ,tamen virum suum in veritate comparasse probatur ex duob.s.ꝙ ipse vir antequam perueniretur ad faciendum instrm̃,suo nomine emit. Item quod ipsi viro possessio tradita est
1 quod est no.Facit s̃.e.l.3.Habes ergo † videre tres casus.Qñq; qs emit de pecunia aliena, & sibi traditur possessio, & tunc ipse efficitur dominus,vt hac l.primo casu. Qñque quis emit de pecunia aliena,& sibi non traditur possessio,sed ei cuius est pecunia:tunc si quidem ille, cuius erat pecunia, anteq̃ perueniretur ad instrm̃, fecerat conuentionem suo nomine,præsumitur nomen illius tertij simulatè esse appositum in instrumento, vt hic. Quandoque quis emit pro alio,& tunc quid iuris sit,videbitis j̃.prox.ver.

a ADD.¶Ale.Faciunt ad hanc l.ea quæ habentur in l.si filij,de do.inter vi.& vxo. vbi vide bar.& gl.

b Paris.Vide quod habes ad bar.in l.j.C,plus val.quod ag.

a
2 §.si verò. a Istum vers.nescio alibi fm̃ intellectum gl.†No. ꝙ si procurator aliquid facit vt nuncius, non valet quod agitur,& ideo in contractib.factis per procuratorem hodie apponuntur illa verba: procuratorem, actorem,factorem,&
3 nuncium specialem,vt possit ẽt facere tanquam nuncius.†No.2. ꝙ ex inutili contractu transferatur dominium.quod dic vt plenè
4 dixi s̃.de ll.l.non dubium.Dic vt ibi dixi.†No.3.ex isto si.ꝙ gestũ à nuncio non possum hr̃e ratum , quia si hoc posset hr̃i ratum ex ratihabitiõe quæretur vxori,vt dixi tibi alio anno in ti.rem ra.ha. Gl.tractat hic mãm,vtrum alteri p alterũ quæratur actio.De qua plenè dixi in l.stipľo ista.§.alteri.& l.si quis insulam.de ver.ob.&c.

a ADD.¶Ale.Vide bar.in l.quæ autem,§.fi.de const.pe.& quod no.bar.in l.qui mihi donatum,vbi de hac gl.de don.& ibi melius,& facit optime gl.in l.huius,in prin.de leg.j.& no.ꝙ nuncius non potest condemnari,secundum bal.in l.j.j̃.de sent. Et de practica constituendi procuratorem vel nuncium , vide hic bar. & de eius effectu,vide bar.in l.si vitio,de vsuf.leg.

¶De reb.alie.non alienandis. Rub.

LEX II.

1 *Sigillum ponens in charta,quòd non videatur approbare contenta in ea.*

a
1 Si trahente. a No.ꝙ ex eo†ꝙ quis ponit sigillum suum in charta, non videtur approbare ea, quæ in ea continentur.Vidistis etiam in l.vlt.s̃.plus val.quod ag.&c.

a ADD.¶Vide bar.in l.quæ dotis,in fi.sol.ma.

LEX VII.

1 *Alienatio si est prohibita,videtur prohibitus omnis actus per quem dominium transfertur.*

a
1 sancimus. a Hæc est bona l.& sing. ꝙ alienatione † prohibita videtur prohibitus omnis actus per quem fit translatio dominij directi vtilis,vel alicuius iuris in re.H.d.Dic plene vt dixi in l.ea lege.s̃.de cond.ob cau.

a ADD.¶Ale.Vide bar.in l.qui habebat,de le.3.l.alienationis,de ver.sig.gl.no.in l. fi.de præd.cur.lib.10.

Paris. Nunquid autem prohibita alienatione dicatur prohibita hæredis institutio,vide Ale.cons.298.Vide de materia Ale.cons.j. vol.4. Quid instituto prohibente,vide d.Fran.cons.125.circa fi. nunquid autem prohibita alienatione intelligatur prohibita permutatio ad meliorationem,vide Pau.de cast.late & nota. cons.16. Nunquid autem pignus, & constitutio seruitutis dicatur alienatio,vide bal.in c.j.§.j.per quos fi.inuest.Nunquid autem locatio ad nouennium cum pacto renouandi de nouennio in nouennium,dicatur alienatio,vide quæ scripsi ad bar.in l.codicillis, §.institutio, de le.2. item ꝙ pignorare pro tanta summa ꝙ verisimiliter non lucretur postea, an dicatur alienatio , vide ad bar. in l. qui habebat,ff.de le.3.

¶De communium rerum alienatione. Rub.

LEX II.

Multum. Ratione partis fiscus potest vendere totum, secus in priuato.H.d.&c.

¶Rem alienam gerentib.non interdi. Rub.

LEX VNICA.

Non est. No.ꝙ licèt domino alienare rem suam cum onere tamen suo.H.d.

¶De pac.inter empt.& vend. Rub.

LEX I.

1 *Verbum,pertinere,est verbum obliquum.*

Si ea lege. No.verbum,pertinere,& vide gl.super hoc ver. de quo facio magnum festum in materia substi-
1 tutionum.No.ꝙ†verbum,pertinere,est verbum obliquum.nam exponitur pertinere,i.restituere.De hoc in l.j.ff.de don.ego tñ teneo ꝙ sit verbum cõe,vt plenè dixi in l.Centurio.de vul.& pup.

LEX II.

1 *Actio præsc.verb.potest cum alia concurrere,quando ex diuersis fontib.habet originem.*
2 *Pactum incontinenti appositum actionem veterem informat, & nouam parit præscriptis verbis.*
3 *Ius implendi conditionem in contractu,an transeat ad hæredes.*

a
1 si fundum. a Hæc est bona l. Actio†præscrip.verbis potest cõcurrere cum alia,quando ex diuersis fontib. h; originem.H.d.vide gl.super ver.sic ergo.Et no.1.quod dixi tibi
2 in summario.Ex quo habes expreѕsè†ꝙ pactum incontinenti appositum,actionem veterem informat,& nouam parit præscr.ver. de quo plenè dixi in l.iurisgen.§.quinimo. ff.de pac.& s̃.de pac.l.
3 in bonæ fidei.†No.2.quod ius implendi conditionem in contractu, transit ad hæredes, fm gl.hic positam,quæ dicit,hoc non fuit necesse dici. In contrarium videtur tex. in l. si decem cum petiero.de ver.ob.& quod dixi in l.qui Romæ.§.Augerius.e.ti.

a ADD.¶Paris.Circa decis.huius loquentem de pacto de retrouendendo,an facta oblatione pretij transferatur retro aliquod dominium. Et quid si res esset in alium translata oblatione,Pau.de Ca.tenuit quod sic non obstante alienatione in alium facta in l.si cum venderet,ff.de pig.act.Sed in contrarium vide omnino Alex.late in cons.x.inc. videtur fortasse per totum in j.part. Et vide d. Fr. Cur.cons.12.inc.Lucius Titius,vbi in pr.all.opi.Pau.de Ca.secus tamen esset in pacto l.commissoriæ,& adiectionis in diem,vt per Alex.in d.cons.x.& ẽt Cur. in d.cons.12.Item vide Ale.in apostil.in l.j.ff.de don.in ver.& tene menti ad fi.q. dicit quod dictum Pauli est periculosum. Item vide eundem Pau. quia aperte sensit ɔ̃rium in ista l.2. quam legit cum prima in summario, & pro declaratione tex.ad l.si cum venderet,vide per Ale.& Cur.in d.consiliis.Et alio modo respondet Sal.in d.l.si cũ venderet,quem vide Tu potes aliter,& subtiliter respõdere,quod ibi fit pactum iniectionis manuum, dum dicit recipere liceret, quo casu bene operatur translatio dominij, l.si quid sub hoc, ff. de contrahen.emp. vbi simile pactum ponit gl.&alij,de hoc in l.traditionib.C.de pac.in l.absente. §.j.ff.de acq.poss.Et istud est forte quod voluit Sal.in d.l.si cum venderet,sol.2. Super quo tamen aduerte quo modo pactum tale id operetur vt habetur in d. locis, Et ɔ̃ Pau.de Ca.in d.l.si cum venderet, tenet etiam Ias.in l.ab emptione, ff.de pac.Item circa intellectum huius l.vide omnino Are.in cons.6.Item ɔ̃ opi. Pau.de Ca.in d.l.si cum venderet,& opi.Ale.in d.cons.x.sequuntur Mod.Bono. in l.filiusfa.§.diui.ver.5.fallit,ff.de le.j.Quid autem si emens sciret de pacto, an tunc valeret,& vide quæ dicit Ias.in l.quoties,C.de rei ven.in 9. Fal.per quem videtur idem in casu isto,quod in illo,item quid erit in fructib. si venditor velit redimere fructib.pendentib.an in totum sint sui,an debeant diuidi cum emptore,vide no.Alex.post Com.in l.qui Romæ,ad fi.pr.de ver.ob. Et ibi vide So. late concludentem contra Ale.sequendo opi.Com.cum quadam dist.Item ꝙ secus sit in hypotheca ɔ̃cta super tali re , quia secuta postea retro venditione in executione pacti resoluitur hypotheca.Vide bar.in l.vbi autem, §.sed Marcellus,ff.de in di.ad.in l.si res,ff.qui.mo.pi.vel hyp.sol. itẽ quid si in terminis huius l.esset statuta dies solutioni pretij,an ea elapsa, & non soluto pretio teneretur promissor postea vendere,vide Are.in l.si ita quis,§.Seia.de ver.obl.

LEX III.

Qui ea lege. Hæc est not.l.Not.ꝙ verbum,reuerteretur, est obliquum.significat enim quod res tradatur manu alterius,non quod transferatur ipso iure.

LEX IIII.

a Commissoriæ. a Not.ꝙ qui post terminum petit rem, videtur renunciare petitioni pœnæ. qđ intellige,nisi esset dictum,rato manente pacto, vt ff.de transa. l.qui fidem.istud est not.ad multa,&c.

a ADD.¶Paris. Vide Rom.cons.17.dub.4.& vide Ale.cons.110.vol.5.vbi per hanc l.dicit,ꝙ qui post rem sibi in solutum datam,petiit sibi solui creditum,propter quod sibi facta fuerit in solutum datio,vr̃ ipsi in solutum dationi renunciare.

LEX VI.

Cum te fundum. Ista est not.l. In contractib.nominatis est locus condictioni ob causam,si non seruetur pactum,quod principaliter dedit causam cõ-
a tractui.H.d.hæc sing.l.No.hunc casum. a contrarium solui vobis ponendo casum,quod perpetuo tene menti.

a ADD.¶Paris.Per istam l.limitat bar.in l.fi.ff.de cond.ob cau.in l.j.ff.de do.& in d.l.fi.idem tenet.

LEX VII.

Si à te comparauit. Ad actionem consequendam, ñ sufficit sola oblatio, sed requirtur depositio & ɋsignatio. H.d. Allegaui hanc in l. acceptam. §. de vsu.

LEX IX.

Si quis ita. Valet pactum appositum tpe venditionis, ne liceat fundũ religiosum, vel sacrum facere. H.d.

¶Si ser. exportan. veneat. Rub.

LEX I.

Lege. No. quod pactum valeret, vt si contra fiat, possit quis capere seruum suum sua authoritate. De quo plenissimè dixi in rep. l. creditores. j. de pig. quod intellige, vt dicam j. ti. j.

LEX IIII.

Moueor. Talis quis esse præsumitur, in quali possessione vel habitu reperitur. H.d. &c.

LEX V.

Qui exportandus. Cui interdicitur ciuitas ꝑpria, vr̃ interdicta ciuitas Ro. H.d.

¶Si mancipium ita veneat, ne prostitua. Rub.

LEX I.

Præfectus. Op. ꝙ liceat ducere sua authoritate, vt j. ti. j. l. j. & 2. sol. ibi est liquidum & manifestum tempore ductionis ꝙ sibi competit illud ius. capiebat. n. eum in loco prohibito. hic verò non erat liquidum ꝙ ancilla esset prostituta: ideo debet liquidari coram iudice, vt plenè dixi in l. creditores. j. de pi.

¶Si man. ita fuer. alie. vt ma. vel econ. Rub.

LEX I.

a Ego dico a quod casus est in hac l. ꝙ si vsuf. detineret, sciente & patiente domino, & dissimulante, ꝙ facit fructus suos. Casus est in ver. sinautem vtraque. Sed quando dominus ignoraret vel cõtra diceret, non faceret fructus suos. Ita loquuntur omnes tex. gl. allegatæ in contrarium. Dic plenius in l. vxori. &c.
a ADD. ¶ And. Barb. Vide Bal. in l. j. C. de vsu. & in l. 4. e. ti.

§. Omnibus. istum §. allegat d. Ia. de Are. pro causa in qõ. difficili, quæ est ista, quæ ponitur per Doc. in l. 2. qui po. in pi. ha. &c.

LEX VII.

In quibus. Lucra q̃ quis d; seruare filiis, debet seruare nepotib. ex eis procedentib. salua electione. H.d.

LEX VIII.

Si quis prioris. Istud p̃rĩcipiũ, d̃t q̃si idẽ qd̃ p̃cedẽs: quia s̃. l. ꝓx. dixit Imp. de filiis primi matri. qñ alter de filiis decessit ante sm̃ matrimonium. s; l. superior loq̃tur quando post secundum matrimonium alter ex filiis decessit.

§. Illud etiam. Quod dr̃ hic, dictum est s̃. in l. generaliter. & l. hac edictali. in fi. & gl. ita dicit.

a **§. In illo.** a No, qd̃ si pater habet omnia bona filij, vel quæ debent restitui filiis, si dissipat ista bona p̃t filius interdicere patri, ne ista bona alienet, nec faciat illud quod placet sibi. Certè hic est tex. quod no. & j̃. de bo. ma. l. j. & in aut. de nup. §. sed quod sanctum. Hoc intellige secundum determinationem l. fi. de sen. pass. & l. Imperator. ff. ad Treb.
a ADD. ¶ Pom. Vide Rom. ꝯs 305. in 3 du. vbi per istum tex. d̃t, ꝙ l; prouenientia à marito in vxorẽ transeuntẽ ad sc̃d̃a vota, ea mortua integre remanere debeãt penes filios primi mariti, ad vxorem contemplatione viri, quia illa erunt omnibus filiis communia, tam secundi, quam primi mariti, & idem in 4. dub.

LEX IX.

a **Quoniam.** a Hæc l. breuiter dicit, Quod vltra debitũ cõiugi secũdę relinquitur, d; inter filios vtriusque matrimonij in capita diuidi. H.d. Quod hic ĩ hac l. dicitur, corrigitur per aut. de nup. §. optimè. & §. nec illud, & redit ad l. generaliter. & ideo hic ponitur aut. ad eos solos, &c.
a ADD. ¶ Ale. Ista l. est decisio quæstionis, de qua per Bal. in l. j. de inof. do. &c.

LEX X.

Cum apertissimè. Ista l. tota determinat vnam dubietatem, quæ oriebatur ex l. hac edictali.s̃.e.quæ dicit, ꝙ secundæ cõiugi nõ d; plus relinqui,q̃ vni ex filiis,qui minus h;,& quod vltra relinquitur,applicatur liberis primi matrimonij,&c. Sed ista determinat quãdam dubitationẽ. bř dicit, Liberi ingrati nõ admittũtur ad partem lucri eius, quod vltra debitum secundæ coniugi est relictum.H.d.& nihil aliud.

¶Si secundo nupserit mulier. Rub.

LEX VNICA.

Si vsumfructum. Ista l. corrigitur & limitatur p aut. hoc locum,&c.

AVTHEN.

a Hoc locum. Vides ꝙ mulier nõ priuatur vsufructu per trãsitum ad secunda vota,nisi priuetur à testatore expressè,vt hic vides.quod no.quia op; ꝙ testator dicat, donec honeste,& castè vixerit,& vidualem vitam seruauerit.Si.n. diceret,donec honestè,& castè viueret, vel diceret, honestè,&c. certè nõ amittit vsumfructũ,quia honestè & castè viuit, licèt trãseat ad secunda vota. vt l,mulier.§.cum proponeretur,ff.ad Treb. Gl.format hic vnam q.de testatore,qui reliquit vxorem dominã, & vsufructuariam omnium suorum bonorum, qd verba ista important de iure,& quid de consuetudine?de consuetudine ita obseruatur, ꝙ extantib.liberis habeat alimenta tantum:extraneis institutis habet vsumfructum integrum. Vide gl.& de hoc in Spec. qui filij sint leg.§.j.ver.quid si quis ita.& per Dy.in l.Titia cum testamento.§.fi.de le.2.& ibi plenè dixi,&c.

a ADD. ¶Pom.Vide Ale.cons.40.in 2.du.vbi ampliat etiam in relicto,quod participat de natura vsusfructus.

¶Alia lect.

1 *Mulier transiens ad secunda vota dicitur caste & honeste viuere.*
2 *Si vxor est relicta domina & vsufructuaria omnium bonorum. quid contineat hoc legatum.3.& 8.*
4 *Si eligitur vnum ex contrariis,tacite videtur alteri renunciatum.*
5 *Hæredes possunt institui ad incertum sicut possunt ad tempus incertum.*
6 *Oratio soluta in dubio æquipollet copulæ.*
7 *Vsusfructus est pars dominij.*
9 *Legatum factum vxori quòd sit domina, & vsufructuaria, extraneis institutis, quid operetur,& contineat.*
10 *Legatum factum vxori de mille, donec vixerit sine viro:& post eius vitam dicta mille deueniant in Titium,si mulier secũdo nubit,an Titius statim habeat mille.14.*
11 *Verba post vitam,intelliguntur de morte naturali.*
12 *Verba obliqua in testamentis pro hæredibus interpretantur.*
13 *Proximus defuncti, & vxor in dubiis parificantur.*
14 *Si vxor est relicta domina, massaria & vsufructuaria. donec honeste custodierit lectũ testõris,& nõ exiget dotes:si cessit iura dotalia fratri an pdat legatũ.*
15 *Verbum, exigere,aliquando largius accipitur.*

a Hoc locum. [a]Hæc aut.sumitur de corpore de nuptiis.§. auiæ. vers. si verò solum. & vide quod ibi no.& addit ad l.Cod. quæ loquebatur tantum in vltima vol.hæc loquitur etiam inter viuos,& etiam quo ad vltimã vol. & l.Cod. corrigit,& determinat.In tex.ibi,alioquin,i.si nõ ea.l.datus,s; simpliciter est relictus per maritum vxori vsufruc.ibi permissus.vt cũ
1 trãsit ad secunda vota,& † vt s̃.ti.prox.l.fœminæ.Odofr. Et hæc aut.continuè habetur in practica propter gl.ibi positam pro que-
2 stione,quæ contingit de facto,videlicet si maritus relinquat † suã
3 vxorem dominam, massariam, & vsufructuariam,† an tale legatum valeat,an non.& si non valeat quid habere debeat ex hoc legato.& quomodo fit iudicium in prædictis,si testator instituit hæredes suos,vel extraneos: & quia ista sunt contraria,latius quàm gl.dicam.& d.Odof.in effectu dicit illud,quod gl.ordinaria, licèt aliquid plenius dicat.Cuius op.recitat Spe.& sequitur in ti.qui filij sint legi.§.j.ver.quid si qs ita dixerit.De hoc etiam no.per Host. in summa de pi.§.qualiter cõstituitur. ver.si quis dicat.& ver.seq. Et de hoc no.in margarita.Alb.Galeoti,de actio.circa fi.ver.quid si dico.Item facit ad hánc materiam.j̃.de ind.vid.l.2.& aut.cui relictum.in gl.& in corpore vnde sumitur, & ff.de aur.& ar.le.l.species. Et pro discussione primæ q.s.an valeat tale legatum,intẽdo
b subiicere quandam q. [b] Dy. in qua ipse Dy. consuluit, videlicet, Quidam fecit testamentum, in quo inter alia vxorem suam massariam,vel vsufructuariam reliquit,& quosdam alios sibi hæredes instituit,finito vsufructu,& dominio vxoris suæ prædicto modo vult ista vxor habere vsumfructum prædictũ mariti,hæredes opponunt,ꝙ non debet habere,quia dies vsusfructus legati cedit ab adita hæreditate, sed hæreditas nõ potest adiri per hæredes. cum sint instituti demum finito vsufructu vxoris:ergo,&c.Et ꝙ domina sit in totum expellenda, potest euidenter ostendi, quia ibi in
c testamento repugnantia [c] continẽtur:ergo descripta in testamento nõ valent.ff.de re.iu.l.vbi repugnantia.&de ꝯd.inst.l.si Titius.

Sed constat ꝙ esse fructuariam,& esse dominam,repugnãtia sunt, cum nõ possit habere vsumfructum, vel aliam seruitutis speciem in ea re,ĩ qua habet dominium.ff.si vsuf.pe.l.vti frui.de ser.vr.p̃d. l.in re communi.& de iur.do.l.cum in fundo.cir.pr. Igitur negari non potest,ꝙ in testamento prædicto contrarietas non sit, & per consequens ratione contrarietatis, tota dispositio sit inutilis. Et
4 ad huius confirmationem accedit quod † si vnum contrariorum eligitur,tacitè videtur alteri renunciari,vt j̃.de cond.l.fi.ff.de fur. l.j.ff.de inst.l.sed & si pupillus. §.si institoria.de ver.si. l.hæc verba. Cum ergo dominium,& vsusf.sint contraria,vt probatum est,ergo sequitur quod ad positionem dominij remouetur positio vsusfructus,& ecõtra,& ita ratione perplexitatis tota dispositio sit inutilis. Præterea cõstat ꝙ relicta in testamento,non debentur antequam hæreditas adeatur,j̃.de fideic.l.eam quam. ff.de re.iur.l.si nemo.Item constat, quod ex institutione concepta in diem incertum,vel sub cõditione, nõ potest adiri hæreditas, antequam dies incertus, vel cõditio existat. vt ff.de hær.inst.l.in tempus.in pr.l.si quis instituatur.& l.qui filio. Ex quo sequitur,quod cum hæreditas adiri nõ possit ante aduẽtum diei incerti institutiõi adiectæ, ꝙ nec legatum in testamẽto relictum possit deberi.Igitur relictum vxori non debetur, cum nõ cedat antequam adeatur hæreditas, vt j̃. de cad

a ADD.¶Pari.Vide circa istam materiam qñ vxor relinqtur domina,massaria,& vsufructuaria,quæ scripsi in l.Titia,de le 2.ad Bar.an autem mulier;quæ est relicta domina,vsufructuaria,&c.possit accipere propria auth.an vero habeat habere de manu hæredis,Ang.singulariter in l.j.ff.re.am.decidit ꝙ potest propria aut.& đt nunquam alibi vidisse nisi per Io.an.in add.Spe.in ti.qui fil. sint le. §.j. vide Are.cons.40.in j.du.Item quod ex vigore verbi, dña possit propria authoritate apprehendere,t; Alb.hic,& Bal.in c.fi.de const. adde qđ hés pro ista decisione ꝙ possit propria authoritate,j̃.in 3.apost.magna,q̃ istud voluit Bart.j̃. & vide Ias.in l.nemo potest,q.3.de le.j. Vide in contrarium qđ dicit Ale.ꝯ hoc cons.56.vo.3.ad fi.item quid si sint instituti extranei, & vxor relicta vsufructuaria, quo casu habere d; totum vsumfructum, an isto casu extraneus faciat partem in vsufructu legato,vide Pau.cons.218.inc.quod vxor quondã dicti,in j.vo. Quid autem si testator mandat vxorem honorifice tractari,prout ipse faciebat tempore vitæ suæ, quid important hæc verba, & quid possit petere vxor eorũ vigore,vide Ias.& Ale.in l.j.C.de le.Itẽ ꝙ potest petere mulier dotẽ suam,postea etiam alimenta,vide Io.de Ana.cons.42. qui tamen videtur loq. quando dos erat etiam sibi legata à testatore.Quid autem si testator relinquat vxorem dominam massariam,&c.& ipsa moriat̃,& aliam ducat,an secunda censeatur relicta eodem modo,vidè Dec.in c.quoniam Abbas, de of.del. Item quod potest prædia locare,licèt habeat solum vsufructum,vide Bal.in c.quia,de const.

b Pari.Videtur ꝙ legatum taliter conceptum debet operari legatum plenæ proprietatis per tex.& quæ ibi scripsi,l.Paulus,ff.de vsufr.cum sint verba incompatibilia cum solo vsufructu,item circa istam materiam adde ꝙ si datus est substitutus filio & relictus vxori vsusfructus,q. reducit̃ ad alimenta,si eueniat casus substitutionis, an tũc vxor debeat habere plenũ vsumfructum ꝯ substitutũ,vide Ale.in l.si ꝯ,de vulg.& pup.Bar.cons.170 Item an si testator relinquat vxorẽ vsufructuariam in testõ omnium bonorum,& post mortem vxoris instituat Titium hæredem vniuersalem,v; legatum vsusfructus, vide Mod. late in l.extraneum,C.de hæ.inst.Ale.cons.425.circa fi.Et an isto casu possit vxor accipere vsumfructum propria authoritate ante aditam hæreditatem,& quædam alia vide late per Are.in l.filius à patre,ff.de lib.& post.Item quod si tp̃e mortis testatoris extent filij,quo casu mř non déat hře nisi aliméta,postea moriant̃ filij, an déat habere integrum vsumfructum vide Ang.cons.91.inc.in Dei noĩe ad fi.eũdem cons.103.inc.quidam patronus,ad fi.Item in materia hᵒ aut.vide Ang. cõsi. 132.inc.reuocatur in dubium,vbi autem istud priuilegium concessum filiis transeat ad eorũ substitutos extraneos,vide Bal.in l.fi.C.de indi.vidu.tol.ad fi.item in mã huius aut.vide Ale.cons.423. vbi limitat hanc dispositioné nó procedere, qñ testator in testõ reliqsset aliméta vxori, postea in codicillis reliquisset eam massariam & vsufructuariam,& quædam alia in mã in duob.cons.seq. Quid át si testator solũ dixit vsufructuariam,vel ei reliqt vsumfructum,vide Pau.Picũ in repet.l.Titius,in 5 q.ver.limita,vbi allegat Are.& Ias.de quib.j̃.de leg.2.vide D.Fran.cons.60.vide Ias.in l.cum hi,§.si in annos,ff.de transa.vbi multa allegat pro,& contra,tandem idẽ tenet quod Are. item no.ꝙ si testator reliquit vxori vsumfructum omnium bonorũ, postea in substitutione pupillari si impubes decessit, ei reliquit prædium quo ad proprietatem, ꝙ vxor in eo prædio añ mortem pupilli non poterit petere vsumfructum,& vide Fran.cons.74. vide etiam de materia Bar.cons.9. Quid autem si filius sit institutᵒ pro parte,& extraneus pro parte,& vxor sit dña & vsuf.vide Bar.cons.170.Quid autem si testator prælegat certas possessiones vni ex hæredib postea legat generaliter vsumfructũ omnium bonorum,an ét habere debeat vsumfructum in bonis prælegatis,vide Pau.cons.240.An autem si vxor stetit in bonis,ipsis vtendo & fruendo bonis 30. an.q.b.non petit dotem suam,an ei obsit aliqua præscriptio,vide Pau.cons.242. circa fi. Quid autem si testator relinqueret vxori alimenta, & vsumfructum si filius eius vixerit,an videatur velle ꝙ quousque receperit alimenta, non possit dotes repetere,vide Pau.cons.248.Et ibi etiam ponit quid iuris qñ testator dicit ꝙ percipiat alimenta, donec dotem suam non repetet, quid si eam recuperat à sponte soluente,an perdat legatum alimentorum, vide Ias.in l.j.C đ legi. Bar.in l.amplius non peti,ante fi.ff.rem ra.ha.Quid autem si vxor sit relicta domina & gubernatrix.Vide Pau.cons.308.ad fi. quid autem si in testamento sunt relicta solum alimenta,postea in codicillis sit relicta domina, massaria, & vsufructuaria,vide Pau.cons.391.Quid autem si eam relinqueret dominam,& postea in eodem testamento dicat,& vltra prædicta legat victum & vestitum,ꝙ habere non debet nisi alimenta,vide Io.de Ana.cons.36.cum add.de leg.

c Ale.Adde vt per Rom.cons.70.Pau.de cast.cons.390.

de cad.tol.l.j.§.in nouiſſimo.& ff.qñ vſuf.le.ce.l.j.§.fi.Præterea cõſtat,qđ vſumfructũ & dñiũ ñ pt eligere,cũ ſint oppoſita,vt s.,pbatũ eſt.Igr̃ ſi legatũ ſit abſolutè relictum,perinde ẽ; hr̃i,ac ſi legatũ eſſet relictũ diſiũctiuè.vt ff.de re.iur.l.ĩ eo.§.vbi verba.S; vbi duo legata diſiũctiuè relinquũtur,qrũ vnũ poſſibile eſt cedere à morte teſtoris,& aliud ab adita hr̃ditate,vtrũq; tps expectatur: & tũc legatũ cedit,vt ff.qñ di.le.ce.l.ſi vſufr.in pr.l.cũ ita,& l.cũ illud. ſ3 vſumfructũ legatũ eſt impoſſibile cedere, añ aditã hr̃ditatẽ.vt s. oñſum eſt,igr̃ legatũ dñij,& ſi ñ eſt poſſibile qđ cedat,eius electio nulla foret,dato q dña alterũ eorũ eligeret,vt ff.de op.le.l.optione.& l.Iul.de le.j. Præterea,certũ eſt,qđ teſtõr nõ potuit duos inſtituere hr̃des,ita qđ qlibet eſſet hæres inſolidũ,vt ff.de re.iu.l.qđ ꝯ.§.vni duo.Igr̃ p̃dicta dña hæres exiſtere ñ pt,cũ alij ſcripti eſſent hr̃des vniuerſales,& ſi nõ tpis certi,tñ incerti,cũ diſtinctione. Ex quo ſeqtur qđ alij ſint hr̃des,& ñ dña.qđ ita ,pbatur.lege cauetur, qđ particularitas tpis æqpollet particularitati rerũ,vt ff.đ teſt.mi. l.miles ita.§.& qa diximus.ſ; inſtitutus in re certa hr̃ ,p legatario, & nõ ,p hr̃de,vt j.de hæ.inſt.l.quoties.ff.de hæ.inſt.l.his verbis.& ibi gl.Ergo ſi ꝯcedamus eã inſtitutã, vr̃ inſtituta ,p parte tpis donec viueret.Seqtur ergo qđ alij inſtituti hr̃des ſine tpis præfinitione hñr loco legatarij,iõ ñ eſt poſ'e legatũ dẽri cũ effectu, niſi poſt aditionẽ hr̃ditatis,vt s.oñſum eſt.Sed certũ eſt,hr̃ditatẽ nõ poſſe adiri anteq̃ dies certa exiſtat,ergo nõ eſt poſſibile legatũ peti. Itẽ ſi iuxta ꝯſiderationẽ prædictã debetur poſt aditã hr̃ditatẽ, ſeqtur qđ vſusfructus vr̃ dñæ relictus demũ cũ morietur, & ſic vr̃ legatũ inutile,vt ff.de vſuf.le.l.vſumfructũ. & de vſufr.l.Titio.Ecõtra vr̃ qđ dña ſit hæres,& dña pleno iure vſq; ad tps mortis ſuę.qđ ſic

5 ,pbatur:Certũ eſt,† hr̃des inſtitui poſſe poſt tps incertũ,ergo ad incertũ,cũ æqpollere videatu..,vt ff.de hæ.inſt.l.in tps.& l.ſi qs inſti

6 tuatur.& l.q filio.j.de hæ.inſt.l.extraneũ.Præterea,in dubio † ſoluta orõ æqpollet copulæ,vt ff.de ver.ſig.l. triplici.§.videamus.& c.ti.l.alienationis.§.fi.Sed ꝯſtat qđ vbi plenũ dñiũ,& vſusfructus collectiuè relinqtur,eſt in electione ei9, cui relinqtur,vtrũ petat. de vſuf.le.l.ſi Titio. Igr̃ & vbi abſolutè relinqtur. Sic ẽt in ,pposito,d; eſſe in electione dñæ,vtrũ velit vſumfructũ, vel dñium plenũ.S; ad hæc oĩa pt faciliter rñderi,qđ locũ hr̃e pñt,vbi eſſet aliqs hæres,& qđ eius aditione relicta ꝯfirmarentur, q̃ patẽt nõ eſſe in q.prædicta viuẽte vxore.Ideo q.remanet in hoc ſolũ,an heres inſtitui poſſet ad tps incertũ:ſicut ex tpe incerto:qđ puto verũ,vt j. de hæ.inſt.l.extraneũ.& ibi dicetur.Sic igitur ex prædictis vr̃ ꝯcludere d.Dy.qđ extãte hærede q adeat tale legatũ vxori relictũ valeat.nõ ob.cõtrarietate,vel perplexitate:& qđ ſit in electione vxoris,vtrũ velit ea viuente vſumfructũ,vel dñiũ plenũ. Circa qđ gl. hic,& prędicti alij doc.& alij.quos audiui,& cõiter aduocati in iudicio tenẽt,q tale legatũ valeat nõ ob.repugnantia,qa dico poſſe reduci ad cõcordiã.Dixi.n.qđ ille,q h; vſumfructũ vel vſum,dñs dicatur,licèt impropriè,& ad hoc inducũt in arg.auth.de non eli. ſec.nub.§.aliud vero.circa fi.ibi,vſum qdem extãtib.dñis.de nup.

7 §.& qa parũ.ibi.vſum dñis cõſtituit,vt ff.re.am.l.j.& qa † vſusfructus eſt pars dñij,vt ff.de le.2.l.cũ filius §.dñs.& de vſufr.l.4.& de le.2.l.Titia cũ teſtõ.§.fi.per quas d.Old.doctor meus tenebat opi. prædictã,ſ.tale legatũ vxori relictũ tenere.nõ ob.cõtrarietate,vel perplexitate,q̃ videbatur in eo.Tñ Azo ẽt tenebat idẽ,qđ dicatur dñs,ſolũ rõe præeminẽtiæ,licèt ad eam nõ ſpectet ,pprietas.& al. de pecu.l.ſeruus meus ordinarius. ibi, id quidem quod dominus eorum:vbi loquitur de ordinario dominio vicarij,& pro eo.ff.de pub.l.cum ſi exhibuiſſent.vbi hoc tenet Iac.de Are.& al.ff.de ſol. l.Titia de ver.ſig.l.pronunciatio.§ j.ibi,parum,ante fi. Et pro hac aut.bene facit ff.ad Sil.l.j.§.ſi vir.Concludo ergo ſm oĩum cõem opi.tale legatum valere,non ob.ꝯtrarietate,vel perplexitate præ-

8 dicta, per dicta iura. † Ad ſm ergo quod conſequi debeat ex tali legato : puto dicendum quod eligere poſſit plenum dominium, vel vſumfructum in vita ſua,tamen de conſuetudine,& ex mente teſtatoris,opi.gl.& aliorum doc.cõiter ſeruatur.do.autem Odof. hic,& s.de inof.teſt.l.cum quæritur. cuius opi.ſeqtur Spe.vt prædixi, latè diſtinguit, & dixit quod vis eſt fienda in verbis teſtõris.

a nã aut teſtõr dixit,relinquo vxori meæ vſumfructum a oĩm bon. aut dixit,relinquo vſumfructum talis domus,vel talis prædij Primo caſu ſi maritus non h; liberos,tunc vxor habebit vſumfructũ oĩm bon.mariti,dummodo iſte vſusfructus non excedat dodrantem,cum aliis legatis,quia tunc detrahitur Falcidia, ẽt per hr̃dem extraneum,vt ff.de vſuf.l.oĩm.& ibi gl.ff.de vſuf.le.l.vxori.in tex. & gl.& æſtimatur talis vſusf.ſm l.ff ad l.Fal.l.hæreditatum. Si aũt habebat liberos,& tunc vxor habebit vſumf.oĩm bon.mariti,excepto debito bonorũ ſubſidio.in quo liberis non p̃t aliquod grauamen imponi,vt s.de inoff.teſta.l.qm in priorib.ſi ipſi filij velint ipſo debito eſſe contenti, & hæreditatem patris amplecti nolunt, tunc vxor gaudebit vſufructu omnium bonorum.& ita loquitur præal.l.vxori.de vſufr.le.& gl.ibi poſita,& concor. in auth.de tri. & ſem.§.prohibemus.& ibi gl.Si autẽ maritus relinquat vſumfr. alicuius certe rei,tũc indiſtinctè hẽbit vſumfr.certę rei illius.ff.ad l.Fal.l.j.§.ſi vſufr.Si aũt relinqt vxorẽ dñam,maſſariam,& vſufructuariã,& tũc poſt mortẽ mariti habebit nomẽ dñæ,pemineñtiã, ſicut hẽbat in vita viri:& habebit vſumf.oĩm bon.quatenus ſufficiat ſibi ad alimẽta ſm dignitatẽ,& facultatẽ. Et ita ſm Odof.ſunt interpretata iſta legata p collegiũ Bonon.& ita ſeruatur cõiter,& ,pnunciatur in iudiciis,& iſta alimẽta pcipiet à ſeipſa,nõ de manu filiorũ,vel aliorũ hæredũ,ar.ff.de vſuf.le.l.fundi Trebatiani.in fi. & ibi no.in gl.In hac opi.erat d.Plac.q̃ ſatis pl;.De iure ãt Lõgob. ,p quo adhuc ſeruatur progatiua,maritus nõ hñs liberos,pt dimittere vxori ad libitũ ,pprietatẽ,& vſumfructũ.ſi ãt h; liberos ex ea, pt ei dimittere dimidiã vſusfr.& nõ vltra. Si aũt h; liberos ex alio mr̃imonio,pt ſibi relinquere vtilẽ vſumf. ,p numero liberorũ,& illud perdit pertrãſitũ ad alia vota, vt in Lõbarda. de his q̃ à viro

9 vxori dãtur vel relinquũtur,l.fi.† Tertia q.eſt qđ operatur illud legatũ,quo maritus dimittit maſſariã,& vſufructuariã vxorẽ,& extraneos hr̃des inſtituit.Et in hoc arguit gl.ſatis obſcurè.arguit.n. primò qđ nõ hẽat locũ p̃dicta ꝯſuetudo,qa alia eſt rõ ſuorũ.& alia extraneorũ.qa ſuis eſt magis debita hr̃ditas q̃ extraneis,& non eſt par eadẽq; rõ,vt j.de cod.l.fi.In ꝯriũ facit,qa ſi hoc admiſit cõſuetudo exñ.ib.ſuis liberis,qđ vxor hr̃e dẽat ex tali legato ſola alimẽta,vt s.tactũ eſt,ead.ꝯſuetudo vr̃ trahi debere ad caſum quo ſunt inſtituti extranei.Ad hoc al.gl.in l.de qb.ff.de ll. reſp.2. Old. ſequebatur j.opi.qa nõ eſt par eadẽq; rõ.& iõ nõ d; ius eadẽq; cõſuetudo ſtatui in ſuis,& in extraneis inſtitutis.vñ hoc caſu vẽdicare poſſet ſibi locũ opi.Dy.qđ inſtitutis extraneis eſſet electio mulieris,an vellet hr̃e oĩum bon.vſumfr.an plenũ dñiũ in ſua vita.& ,p hoc ẽt facit mẽs teſtõris,q̃ nõ vr̃ ẽt in tm̃ grauare ſuos,ſicut extraneos.S; q̃ ſit rõ diuerſitatis, qđ ſi mulier hẽat plenã ,pprietatẽ, & trãſit ad 2.vota,qđ pdit ,pprietatẽ,& retinet vſumfr.ſi aũt h; vſumfr.tm̃,illũ nõ pdit,niſi relictũ ſit illud ſub ꝯdõe,ſi nõ nubat,vt hac aut.Hãc q.q̃rit hic Odof.& ſoluit vt in gl.in corpore vñ ſumitur.q̃ inc.ſ; quare ſecus.Circa mãm p̃dictã ſubiicio vnã aliã q.q̃ di

10 ſputauit Rayne.doc.meus.Quidam in ſuo † teſtõ dixit b ſic.Item

b volo,& p̃cipio,qđ Berta vxor mea habeat mille de bonis meis,in gaudimento toto tpe vitę ſuæ,donec honeſtè vixerit ſine viro,& poſt vitam ſuam dicta mille ſuperueniant in Titium cõſobrinum meum.Accidit quod Berta tranſiuit ad 2.vota, & ſic expirauit le-

c gatũ.Quæritur,an Titius c conſobrinus meus ſtatim ad dicta mille admittatur,an demum poſt mortem nãlem Bertæ prædictæ,& interim penes hæredẽ prædicta mille debeant remanere.Et q Titius admittatur poſt mortem nãlem Bertæ ſic probatur: Cum in verbis nulla eſt dubitatio,non d; admitti voluntatis qõ.ff.de le.3. l.ille,aut ille.§.cum in verbis,cum ſi.Item cum teſtatores loquun-

11 itur poſt vitam,intelligitur poſt † mortem naturalem,nõ ciuilem. ff.de le.2.l.cũ pr̃.§.hr̃ditatẽ.de ver.ob.l.ex ea parte.§.in inſulã.cum ſi.Sed in verbis propoſitæ q.ſunt iſta verba,poſt vitam ſuam,quæ ſignificant mortem nãlem,vt probatum eſt.Ergo Titius per tranſitum

a ADD.¶Pariſ.Idem in hoc membro tenet Ab.& Sal.hic,bal.in l.fi.C.de ind.vid. tol.Io.An.in add.Spe.in ti.de pig.§.fi.Ang.conſ.138.inc.reuocatur in dubium,& conſ.257.inc.ſer Simon de Regio,ver.hoc præmiſſo,maxime qñ teſtator liberaſſet eam à confectione inuentarij,& à ratione reddenda,& quod poſſit capere propria authoritate,vt per Ro.in ſing.ſuis,ſing.inc.tu habes tex.in l.ſpẽs, facit quod no.Bar.in l.cotem ferro,§.maximos,de pub.idem Bal.in l.ſi peti, not.j.C. de vſuf.Spe.in ti.qui fil.ſint le.§.j ver.ſed qđ ſi qs ita dixerit,facit quia conſuetudo eſt ſtricti iuris,& nõ debet ſuos terminos excedere,l.j.§.ſi quis hoc interdicto,ff.de iti.act.pri,cum ſi.ꝯtiam t3 opi.q nõ habeat niſi alimenta,etiam iſto caſu extantib.filiis,tenet Bar.in l.Titia ff.de le.2.& conſ.171.inci.Nicol.f Amati, & in l.ſicut in omnes,ff.qb.mo.vſusf.am. Pau.de caſt.cõſ.391.inc.qđ vxor quondam rectoris,item Io.an.in addi.Spe.in tit.de pig. §.ſequitur in addi.q̃ eſt ante ver.alia quoque actio,vbi refert Vber.de bob.ita tenuiſſe,idẽ tenet Pract.Pap. in forma lib.quo vxor petit dotem,& vſumfructum, ver.donec vitam duxerit vidualem.idem firmauit excellens modernus d.Cõſtantius de Barciis in tract. ſuo de dote.Non ob.adiectio dictorum verborũ, q poſſit capere ſua ,ppria authoritate,qa ẽt ſi non fuiſſent appoſita, iſtud potuiſſet ſm Aug.in l.j.re.amo.& vltra Bar.hic Pau.infert. Non obſtant authoritates in ꝯrium alleg.qa loquunt & ,pcedere pñt in terminis iuris cõis, ſed attenta conſuetudine vulgari ſecus eſt,nõ obſtante q conſuetudo ſit ſtricti iuris,quia non poteſt reddi ratio diuerſitatis inter prædictos caſus.Et ita pro hac vlt.part. conſuluerunt d.Ia. de Cliuo,& d.Io.de Beſu.Mediol. Vide alia quæ habes s. in 2. apoſt. mag. Et pro iſta part.vide late Are.conſ.fi.Iaſ.in l.cum hi,§.ſi in omnes,ff.de tranſa.



a Pariſ. Vide Ale.poſt Pau.de caſt.in l.ſi mr̃,C.de inſt.& ſubſt,ſub cond.fa.& cõſ. 100.vol.4.& Are.& ibi doc.gl.in d.l.ſi qs ita hr̃s,ff.de acq hę.vide ẽt Ale.in cõſ. 130.ver.fortificant,vo.2.& Iaſ.in l.ſi extraneus, ver.2.ad p̃dictũ not.ff.de ꝯd.ob cau.vbi p hãc l.dicit qđ verba enunciatiua ẽt inter alios fauore dotis ,pbãt,& Præpoſ.in c.fi.de ſpõſ. & addidi ad Pau.in c.ſign.in addi.q̃ inc.duæ fictiones,đ reſc.& doc.ĩ c.cũ oẽs,2.q 8.vbi đ q qđ ꝯcurrere pñt duo ſpãlia,vbi vnũ venit ab altero,& Are.163.& 164.Ale.ꝯſ.107.vo.5.Vide ẽt Fel.in c.cũ te,de re iu.& d.Ale. in l.ſi al:q̃ rẽ,ver.nõ ob.ff.de ac.poſ.ver.dicit Im.& Soc.conſ.112. & Bar.in l.gerit,ff.de acq.hæ. Pari.Vide d.Ale.ꝯſ.273.vide late Iaſ.in l.3.C.de inſt. & ſubſt.c. in l.Gallus,§.& qđ ſi tantum,de lib.& poſth.Are.in l.ſi quis hæres,de acq hær.

c Adde vt per Bal.conſ.502.lib.4.

situ ad 2. vota fideicōmissum nō hēbit, s; demū post mortē Bertę, & interim penes hrdē manebit. Secūdò idē ℘batur sic: Certū est, 12 qđ ambiguitates† testamētorū ℘ hrdib. interpretāť. Vñ statu libero dare iussus, hrdi dare d;. vt ff. de sta. li. l. q pecuniā. & ī l. ita liber. & l. Labeo. cū si. Itē si Titius hæc verba, post vitā suā, vult interpretari, ea nō trāseunte ad 2. vota, nō minus possit cōmodè interpretari, ēt ea ad 2. vota trāseunte p l. ex his verbis. j. qn̄ di. le. ce. & de fid. lib. l. fideic. cū oro talis sit ambigua, ℘ hrde est interpretāda, vt ℘batū est: ergo ea viuēte remanebit penes hrdē, & maximè si hæres est de liberis, vt ff. de an. le. l. Quintus. Tertiò ℘batur, Certū est qđ ex intētionib. petētiū metimur ius ex ꝑsona actoris, nō ex ꝑsona rei, vt s. de eden. l. q accusare. de rei ven. l. fi. ff. si pars hę. pe. l. j. §. j. Idē ex q. ℘posita ex verbis satis apparet, demū post mortē Bertæ fideicom. relictū Titio ɔsobrino, nō ergo añ mortē: ergo ad positionē vnius seqtur exclusio alterius, vt s. de ꝑc. l. maritus. cū si. l; ğ Berta ad 2. vota trāsiens, legatū ꝑdiderit, nō tñ ꝑꝑ hoc viuēte Berta Titius admittitur. Sufficit. n. sibi ius in integrū seruari. nō ergo meliorē ɔdōem fieri, vt ff. ad Treb. l. ex asse. & l. si cui. 2. resp. & de iu. do. j. l. 2. & sic interim dicta mille apud hrdē remanebūt. Quartò, idē ℘batur sic, Si vsusfructus alicuius rei legatur vni purè, & alteri ℘prietas sub ɔdōe, si pēdente ɔdōe legati ℘prietas desinat, vsusfruct⁹ ad hrdē ptinet, & iō tali casu legatarius vsusfructus hæredi, & legatario ℘prietatis stipulōe fructuaria h; cauere. ff. ad exhi. l. si qs hominē. §. si tibi. S; in casu nr̄o Bertæ vr̄ relictus vsusfructus quasi de mille, & qdē purè, & saltē in singulos annos, donec honestè vixerit sine viro, vt d. l. fi. de ind. vid. & ar. ff. de an. le. l. j. nā Titio ɔsobrino post mortē Bertæ vr̄ relicta ℘prietas: ergo Berta nubēte, & sic suo vsufructu perēpto, interim ipsa mille penes hæredē manebūt. Quinto idē ℘batur sic. In q. nr̄a duo fuerūt relicta, vnū Bertæ, aliud relictū Titio post mortē Bertæ, & sic primū ē ad tp̄s, secūdū est ex tpe, qđ esse p̄t, vt j. de le. l. fi. s. de vsuf. l. ambiguitatē. ff. de le. 2. l. si ita relictū. §. Pegasus. & idē est in stipulōib. vt ff. de ac. & ob. l. obligationū fere. §. j. itē casus omissus à testōre, hr̄ ℘ omisso, vt l. cōmodissimè. de lib. & post. cū si. Ergo casus iste p tp̄s, qđ est inter nuptias & finē vitæ Bertæ omissus est, & ℘ omisso d; hēri, & interim nō vr̄ hæres grauatus, & iō medio tpe fideicōmissum d; remanere penes hrdem. Vltimò ℘ hac parte vr̄ casus. ff. de ɔd. & dem. l. qb. dieb. §. qdā. vbi sic dr̄: quas pecunias cuicūq; legaui, hæres me⁹ eas, si mr̄ mea moritur, dato: & determinatur ibi per Labeonē, ℘ nec quo ad petitionē, nec quo ad transmissionē cedit dies añ mortē mr̄is. Et ℘ hoc ēt j. de his q̄ sub mo. l. 2. vbi si legatū mihi est relictū, & deinde Titio sub aliqua ɔdōe, demū post exitū ɔdōis Titius admittitur ad petitionē fideicōmis. sic ergo in casu q. ℘positæ Titius ɔsobrinus demū post mortē Bertæ admittitur, & interim penes hæredē remanebit. Econtrà ℘ statim non expectata morte Bertæ, post eius 2. vota admittatur Titius ɔsobrinus, sic probatur: Legata, & fideicōmissa q̄dam donōes cā mortis dici p̄nt, vt ff. de le. 2. l. legatū. j. de do. cau. mor. l. fi. ad fi. Item, q tales donōes faciunt, magis volūt vxores habere, q̄ eum, cui reliqt: sed magis illā cui religt q̄ hæredem suum, vt ff. de do. cau. mor. l. j. & l. Senatus. §. j. Igitur Berta nubente, & sic eius legato deficiente magis admittitur Titius consobrinus, q̄ hæres. Et pro hoc ff. de cōd. & dem. l. si quis eum. & si vsusfru. pe. l. fundus detracto. Ad idem probatur sic, Cessante causa, cessat effectus. s. de epi. & cle. l. generaliter. cum si. Item gaudimentum vxoris, est causa quare differtur fideicommissum Titij consobrini. Tertiò sic, In testamento pro fauore relictorum, interpretandæ sunt voluntates defunctorum, vt ff. de re. iur. l. in testamentis. cum si. Item in repræsentatione fideicommissi soluendi Titio consobrino plenior est interpretatio, quàm in traditione, vt insti. de actio. §. plus. & §. tempore, & insti. de fideiuss. §. non solum. cum sim. Item gaudimentum vxoris est causa quare differtur fideicommissum, cum Ber. nupserit interpretabimur, non autem demum post mortem Bertæ prædictæ, quia sic ī dubiis semper interpretamur, ℘ res magis valeat quàm pereat. ff. de reb. dub. l. quoties. j. ad Sil. l. pen. cum si. Item si interpretamur Titium demum post mortem naturalem Bertæ prædictæ ad fideicommis. admitti, res periclitari, & perire potest, quia præmoriente Titio nihil ad eius hæredem transmittit. ff. de cond. & dem. l. dies incertus. & l. hæres meus. qn̄ di. le. ce. l. Titio. Si autem interpretamur, ℘ ea statim ad secunda vota transeunte admittatur, res valet, & in tuto ponenda est, & ad hæredem, vt puta purificatam transmittet. ff. de cond. & dem. l. legata sub conditione. & l. quib. §. fin. ergo satis admittitur Titius, non expectata morte naturali dictæ Ber. Quintò, & vlt. sic, Voluntates testatoris coniecturamus ex præcedentib. & seq. ff. de le. j. l. si seruus plurium. §. fi. 13 cum si. Item aliàs in dubiis† pacificatur proximus, & vxor defuncti. j. de leg. l. cum rem alienam. & arg. ff. de iud. l. interdum. Qua ergo ratione vxor præfertur, eadem ratione Titius consobrinus prælatus esse intelligitur hæredi eius. Facit quod not. in l. cum acutissimi. j. de fideic. ideo maiori ratione, quia consobrinus præfertur vxori ab intestato, vt j. vnde vir & vxor. l. 1. & sic ratione consanguinitatis aliquid operabitur, vt d. l. si seruus plurium. ad fi. ff. de leg. 1. cum si. Nec videtur curandum, quales essent hæredes testatoris huiusmodi extranei, an filij, vt pote cum videmus ex voluntate testantis hunc Titium præferri hæredi. quæ voluntas præualet, etiam si hæres sit filius: arg. ff. de lib. lega. l. Aurelius. §. Titius. de libe. præte. l. 3. §. fi. Soluendo quæstionem prædictam tenuit ipse Ray. ℘ Titius consobrinus admittitur, non expectata morte prædicta per transitum ad secunda vota, per rationes pro hac parte adductas, & duas alias speciales. Prima per tex. ff. quan. dies leg. ced. l. si ita. ad Trebell. l. mulier. in princip. vbi fideicommissum relictum filiis per matrem, si morte patris sui iuris efficiantur, idem erit si sui iuris efficiuntur per emancipationem. Et redditur ratio, quia pro tanto dixit mater, & sui iuris effecti fuissent per mortem patris, quia non credidit eorum patrem emancipaturum: nam immortalitatem non restrinxisset, si eum emancipaturum sperasset. Non obst. l. fideicommis. §. si cui. de le. 3. quia intelligitur secundum illas. vt ibi not. Ita in proposito dici potest, quod pro tanto dixit testator de morte Bertæ, quia credidit eam non transituram ad secunda vota: non. n. mortem distulisset, si eam transire ad 2. vota credidisset. Item ad hoc idem facit ff. de an. le. l. codicillis. §. fi. vbi ostenditur qđ cum testōr legato Bertam honorauit, amplius de ea loquēdo vr̄ loqui de ea, vt legataria. vñ cum dicit, post vitam suam, intellr̄ eius legatariæ. Pro hoc ff. de fideic. lib. l. Lucius. & l. Thais. §. Stichus, & iō dilatio fideicommiss. Titio cōsobrino apposita vr̄ fauore Bertæ, vt apud eam legatariā mille permaneant. cum igitur desinit esse legataria, p trāsitum ad 2. vota, statim Titus admittetur, sicut in d. l. codicillis. §. fi. ad rōes in ɔ̄rium resp. & primò ad primam, quia non dico Titium admitti per mortem Bertæ, sed per transitum ad 2 vota. quo casu ēt testator vr̄ reliquisse fideicommissum Titio, vt s. probatum est. ad secundam dico, ℘ voluntas testōris dubia dici nō d;, cùm per euidentes coniecturas constet de eius voluntate, vt s. probatum est. Ad tertium, ℘ ius metimur ex voluntate, alias ex persona actoris, ɔcedatur. Et ita hic fit, quia pro actore est ius, vt s. probatum est. Ad quartum resp. ℘ nō concedo, quia ēt in casu añ mortem Bertæ vr̄ relictum fideicommissum Titio. s. finito vsufructu, per 2. vota. & eo mō ad quintum, qđ ad idem tendere vr̄. Ad sextū resp. ℘ in l. quibus diebus. §. quidam. super quo sextum argumentum fundatur, ℘ ibi solum in casu mortis erat legatum, & iō nō prius cedit, nec venit dies. At in casu nostro vr̄ fuisse testōris intentio ēt si Berta trāsiret ad 2. vota, ℘ Titius admittatur, vt s. probatur. Et eodem mō p̄t resp. ad l. 2. j. de his quæ sub mod. de vsufru. le. l.

14 vxori vsumfructum. & de cond. & dem. l. 3. ad fi. † Vlt. venio ad q. quam sæpe vidi de facto, Martinus in testō suo ordinauit vxorem suam dominam, massariam, & vsufructuariam, donec honestè custodierit lectum suum, ℘ non exiget dotes, & donationes sibi per eum cōstitutas. illa vxor cessit iura, & actiones fratri suo, vel cuidam alteri in dote, vel donōe: quæritur an ceciderit à legato per talem cessionem? Primò vr̄ ℘ tali legato priuetur, quasi extiterit conditio exactionis dotis, & donationis eo ipso ℘ cessit, & vendidit ius suum, & pretium accepit. ff. de pe. hær. l. si rem, & pretium, & de le. 2. l. Imperator. §. fi. & l. seq. cum si. Et pro hoc ff. de hæ. vel act. ven. l. 2. §. peruenisse. Item pro hoc facit coniectura voluntatis testōris, qui vr̄ voluisse qđ ista dos, & donatio remanere dēat penes vxorem, vt ex fructib. possent filij sustentari. Itaque vr̄ considerare effectum exactionis, nō modum exigendi. & non refert quid ex æquipollentibus fiat. j. de insti. & substi. l. 3. cum si. & ibi Gl. nostra, & pro hoc j. de le. l. cum qō. in si. cum si. Et pro ista opi. rectè intuenti vr̄ facere j. de bo. aut. iu. pos. l. si vxor. cum gl. ibi po

15 sita, & de cond. inst. l. mulier. in pr. quæ satis vr̄ innuere† verbum exigere sic largum, vt extendatur ad omnem petitionem, & receptionem, nam licèt in stricta significatione exigere sit ab inuito extorquere. ff. de le. 3. l. fideic. §. si rem. tñ q̄nq; largius sumitur, vt ibi, & j. de fur. l. falsas. Eƺ vr̄ qđ legatum vxoris non pereat per talem cessionem, quia non extitit condō exactionis, qđ p; ex proprio significato huius verbi, exigere. ff. de ver. sig. l. debitores. & l. verbum exactæ pecuniæ. l; Gl. ibi posita, adduci possit in oppositum. & vr̄ ℘ hac parte tex. exp̄ssus ff. qui. mo. pi. vel hyp. so. l. soluitur. §. si ɔuenit. ibi, tunc. n. manēt oēs oblōnes. Verba. n. cum effectu dēnt intelligi, vt ff. qđ quis. lu. l. j. §. hæc āt verba. cum si. Nec. n. est reperire verbum exigere, trahi ad cessionem. Circa mām prędictam, vidi peritos dubitare, & in diuersis opin. existentes. Vltimam tñ credo veriorem, & ideo cauti testatores, consilio aduocatorum, ad omne dubium præscindendum adiiciunt, qđ ēt non possit cedere actiones in aliam personam. Alias plures qq. de legatis vxori relictis, inuenietis in Margarita in d. ti. de ali. & in Spequi fil. sint leg. & j. de rei vx. act. l. 1. §. exactio. & in §. illud. Ex hoc opere nescio si aliquid hic deficit, vsque ad finem huius præsentis repetitionis. Tamen credo qđ ipsam habeas completam, &c.

De

¶De dotis promiss.& nuda pollicit. Rub.

LEX I.

a Frustrà. [a] Duo specialia non possunt circa idem concurre-
b re.h.d.tex.bcum gl.Op.de l.cum post.§.gener.ff.de
iu.do.Plures solutiones dantur in gl.ista.Communiter tenetur,&
c est magis no. ꝙ hic ideo non concurrant duo specialia, c scilicet
quãdo agatur ex pacto nudo,& stipulatione incerta,& vide tuam
gl.quæ hoc no.dicit,& tene menti perpetuò,&c.

a ADD.¶Pari.Vide d.Fran.cons.163.item limita vt per Fel.in c.cum M.ext.de ꝯst.
b Pom.Limita,nisi illa duo specialia sunt introducta de iure communi,Bal.in l.j.
circa fi.C.quan.li.ab em.dis.quod dictum commẽdat Fel.in c.cum M. de const.
c Ale.Vide Bar.in l.ita stipulatus,&in l.j.so.ma.quomodo intelligitur duas fictio
nes concurrere non posse,vide bal.in l.conuenticula,de epis.& cle.Vide etiam
in l.si is qui pro emptore,de vsucapio.

LEX II.

a Si pro dote. [a] Hæc l. habet secundum gl. vnum ita no.& singulare dictũ, quòd nescio alibi inuenire. Breuiter dicit: quòd inducitur præstatione vsurarum longi temporis: illud inducitur vnica promissione. hoc dicit. Tene menti perpetuò,&c.

a ADD.¶Ale.Per hanc l.dicit no.bar.in l.legata,de le.j.& hic no,in gl.ꝙ verba enunciatiua pro dote probant plene,vt dixi in l.ex hac scriptura,de do.ſm gl.& doct.hic,&in d.l.cum de in rem verso.& no.bene quòd hoc sit speciale in dote,& sit ius commune in casu illo,adde Bal.cons.113.Rom.no.499.

LEX III.

1 *Arbitrium boni viri qualiter intelligatur.*
2 *Qui commisit se in manibus inimici,videtur se commisisse arbitrio boni viri.*

a Si cum ea. [a] Breuiter dicit. Promissio dotis incerta valet,
& intelligitur arbitrio boni viri.H.d.ista l.Simi
1 le habes in l.cum post.§.gener.ff.de iu.do.† Quærit gl.qualiter in
telligatur arbitrio bõi viri? Gl.dicit,& bene inspecta personarum
2 qualitate,& diuitiis.Et inducit in ar.ad q.de eo,qui† commisit se
in manib. inimici, vt videatur se commisisse arbitrio boni viri.I-
dem dicit gl.in l.pe.ff.de arb,& dic vt ibi,&c.

a ADD.¶Pari.Limita singulariter vt per Pau.de ca,cons.125.

LEX IIII.

1 *Instrumentum,in quo quis confitetur se recepisse,quod non recepit,probat,ꝙ ille promisit dare,cui est facta confessio.*
2 *Popularis diues qui accipit in vxorem nobilem,an obligetur,quando confitetur se plus accepisse ab vxore quàm habuit in dotem.*

Si voluntate. Breuiter dicit. ꝙ si quis in dotem confes-
sus est recepisse, quod non recepit, id po-
test peti.H.d.Hæc l.no.Et no.ex illo instrumento, in quo quis cõ-
1 fitetur se recepisse † quod non recepit, probatur ꝙ ille promisit
dare,cui est facta confessio,& vide tex.Contra hoc op.gl.de l.qui
pecuniam. ff.si cer.pe.gl.non soluit. Dic ꝙ dos debet solui de ne-
cessitate, quia ẽ accessoria ad matrimonium. mutuum vero fit ex
voluntate. Hoc probatur in l.j.ff.qui po.in pi.ha. Vl.dicit gl.ꝙ est
a verum,nisi sit factum animo simulandi,vt faciunt ignobiles, qñ
b accipiunt nobiles in vxores.& vide gl.Aduerte,bquidam popula
2 ris diues, † accipit vnam dominam nobilem pauperem, obligatne
popularis, quando confitetur se habuisse ab vxore in dotem
plus quam recepit?Tex.vř ꝙ nõ.s̃.de do.ante nup.l.1.Sed illud est
verum inter coniuges ęquales,si tñ inter ęos est inæqualitas,quia
minus nobilis,vel multum bene merita,tunc puto ꝙ valeat,& obligetur,
nam simplex donatio est prohibita inter vir.& vxor.sed
remuneratio est permissa, vt l.quod autem.§.idẽ ait, si vir.de do.
inter vir.&vx.Sed quando illa domina nobilis nubit mercenario,
certè ipsa facit minus, ideo condecens est ꝙ remuneretur, vt vir
obligetur.quod no.bene,&c.

a ADD.¶Ale.Vide Bar.in l.j.s̃.de do.ante nup.& bar.in l.si diuortio,ff.de ver.ob.
b Paris. Tñ quia isto casu dos ista non h3 beneficium dotis quo ad tacitam hypothecam,& priuilegium plationis,ſm Ang.cons.178.inc.præmitto ad euidentiã,ad fi.& vide Fel.in c.super eo.el 2.extra de test.Soc.in l.j.ff.so.mat.Are.in l.si ita stipulatus,§.si tibi nupserit,de ver,ob.Ias.in l.diuortio,ff.de ver.ob.

LEX VII.

1 *Pater dotans filiam q̃do videatur de bonis ꝓpriis,vel filiorum:& qd in auo.2.*
3 *Extraneus quando videatur dare de proprio,vel de bonis mulieris.*

a Si pater. [a] Hæc est no.& singularis l.Breuiter dicit, Si pater
1 † pro filio,vel filia habente aduentitia, dotem vel
donationem simpliciter dederit,de suo dedisse præsumitur. idem
si de bonis suis, & filij dare se dixerit,nisi laboret inopia.H.d. Primò
ponit duas qq. Secundò soluit primam. Tertiò soluit secundam.
Secunda ibi,vtranque igitur.Tertia ibi,vbi autem.No.bene
2 istos casus,rogo te q̃tum possum.hæc l.loquitur in patre.† Quæro,
quid in auo.gl.videtur dicere ꝙ aliud in auo quam in patre,vi-
de gl.super verbo, intelligi.ista l.prout loquitur in auo, dicit ve-
b rum.idem si loquitur in auo materno. nam in paterno est idem b
3 quod in patre,vt l.dedit dotem.de col.bo.† Quæro quid in extra
c neo, c extraneus debitor dat dotem pro domina,vtrum videatur
dare de proprio mulieris, an de suo gl. dicit & benè, si iste extraneus
erat gestor negotiorum mulieris,videtur dare de bonis mulieris,aliàs
secus.Vide istam gl.super verbo,officium.&no.hanc l.
cum gl.perpetuò.&c.

¶Contrarietas,& Concordia.

Pro concordia aduerte, ꝙ in hac l.fi.de do.promiss.Bar.ponit vnũ casum quotidianum ꝙ pater dotãdo filiam,licet habeat pater penes se bona aduentitia,tamen videtur pater dotare de suo.Ita Bar. hic,sed contrarium innuitur tenere in l.vxorem.§.pater naturalis. ff.de le.3.Dixit enim ꝙ præsumitur,ꝙ dederit animo compensandi cum eo quod filiæ debetur,& sic non de suo. Tu dic,vbiq; dat suam sol.Bar.primò in d.§.pater.dicit ꝙ ibi loquitur in patre naturali,& in hac l.fi.loquitur in patre naturali,& legitimo:quod dicit esse menti tenendum.Sed fortius videtur contrarium,de l.Nesennius.ff.de ne.ge.vbi videtur idem dicere quod hic.Sed idem Bar. soluit, quod hic loquitur quando non habebat administrationẽ illorum bonorum.in d.l.Nesennius.loquitur quãdo habebat administrationem, etiam tanquam legitimus administrator gessit, & secundum casum huius l.quando pater erat pauper,secundum distinctionem huius l.

a ADD. ¶Alex.Hanc l.quæ vult patrem cogi ad dotandam filiam,limita nisi filia habeat vnde se dotet,secundum Bar.in l.mulier,§.cum proponeretur,ad Treb. Sed vtrum filius teneatur dotare matrem volentem secundò nubere,Bal.quod nõ,in l.j.in fi.s̃.de inof.do. ¶Pari.Ad apost.primam Ale,ibi nisi filia habeat,vide de hoc latissime in l.obligamur,§.j.de ac.& ob.quæ ibi scripsi,& in materia huius l.vide per Mod.inst.de act.§.fuerat,in gl.fi.post Ang.& alios, Et idem si pater esset grauatus cum patre suo aliquid filiæ post mortem nomine dotis dare, quia etiam quod ipse in testamento relinquat filiæ pro dote,videtur de suo relinquere,non illud quod erat grauatus,vide Com,cons.100.vo.2. item limita istud solum procedere in dote,& donatione propter nuptias.Secus si pater aliquid traderet filiæ,puta iocalia vel similia,vide d.Ant.cons.38 post pr.Item latissimè in materia,& pro limitatione,vide Soc.in l.j.ff so.ma.& Ias.ibi.
Ex opposito,an frater teneatur dotare sororem,vide tex.cum gl.ĩ l.cum plures. §.pe.de adm.tu.Et an si ipsa perdat dotem teneatur iterum dotare,Bal.hic alle. tex,in l.si socius pro filia,ff.pro soc.qui non multum probat,quid in filio naturali,vide l.vxorem,§.pater naturalis,de le.3.& Bar,in l.fi.de his quib. vt ind. Pom.¶Vide quid per istam l.si pater,iuncto l.j.ff.de do.cõsuluit Ale.cons.12.vo. 2.&Capram 29.& vide Ale.plene ad materiam huius l.in l.j.ff.so.ma.&Capram etiam cons.39 in j.du.& Ias.in d.l.j.ff.sol.ma.ver.adde.
b Pari.Quomodo istud procedat,vide quæ habes in l.dedit dotem,in apost.Ale. & ibi addidi,de coll.bo.
c Ale. Vide gl.& Bar.l.Nesennius,ff.de ne.ge.& in l.vxorem,§.pater naturalis,de le.3.& ibi Bar.& in l.j.so.ma.Sed bal.in q.prout Io.An.& Pe.fratres dotauerunt communiter filias,Io.dicit ꝙ Pe.non videtur pro parte sua dotare,quia Pe.videtur gessisse negotium Ioannis.

¶De iure dotium. Rub.

LEX I.

Euicta. Hæc est no.l.& si esset gl. signares milies eam. breuiter dicit. Si dos incipiat à promissione, dans de euictione tenetur: secus si à traditione,nisi promissio,vel dantis dolus intercedat.H.d.No.hãc l.sing.in gl.nõ habetis,nisi illud quod dixi vobis super tex.&c.

LEX II.

Si stipulatio. Breuiter dicit.Adhibitus ad stipulandũ partem dotis, videtur adhibitus animo donandi,nec potest vltra grauari quàm sibi sit relictum.h.d.In l.ista sunt videnda multa. primò quãdo aliquis adhibetur ad stipulationem dotis, an videatur adhibitus animo donãdi vel nõ.Secundò posito quòd præsumatur adhibitus animo donandi nunquid animo donan.inter viuos, vel causa mort.quæ dixi plenè in l.quæ dotis. solu.mat.

LEX III.

1 *Maritus an sit dominus rei dotalis.*
2 *Res quæ subiacet restitutioni ex contractu potest alienari.*
3 *Dominium rei dotalis de isto iure,soluto matrimonio, non reuertebatur ad mulierem ipso iure.*

1 Et si dotis. Gl.† ex hac l.no.ꝙ maritus est dominus rei do
talis,de quo videbitis.ĩ.e.l.in reb. Itẽ no.ꝙ res
2 quæ subiacet restitutioni ex contractu,potest † alienari inter vi-
uos:at in vl.vol.secus est,vt hic,quia licèt res quæ subiacent resti-
tutioni, maritus potest remittere seruo,&c. secus si ex vlt.vol. vt
3 ĩ.com.de le.aut.res quæ.Item no.†ꝙ de isto iure antequam esset
facta l.in reb.ĩ.e.so.ma. non reuertebatur ipso iure dominium ad
mulierem, vel hæredes eius.quod apparet, quia si hoc esset,non
posset vir relinquere libertatem directam, quia libertatem relin-
queret in casu,in quo non esset dominus,&c.

LEX IIII.

Nulla lege. No.fallit in quibusdam casib. qui ponũtur in gl.inter quos enumerat vnum,quem feci tibi notare in l.hac edictali,de secun.nupt.& vide eam, quam no.perpetuò,&c.

LEX V.

a Quoties. a No. quòd æstimatio facit emptionem in dote. Videbitis in l. cum dotem. & quod ibi no. &c.

a ADD. ¶Pari. Adde singulariter in ista materia ꝙ in casu in quo æstimatio fundi dotalis facit emptionem, licèt res non dicatur dotalis, sed in dominio mariti, vt rem possit vendere, tamen si maritus reperiretur non esse soluendo, diceret dotalis, & ita æstimatio non præiudicaret, vide Crem. cons. 19. all. Bal. in l. inter esse, ad fi. C. de vsuf. vide Im. in l. si æstimatis, ff. so. mat. quem habes ad Bal. Ias. in §. actionum, in gl. ver. pro æstimato, inst. de ac. item de prædictis & trib. aliis limitationib. ad istam regulam, vide Ias. in l. ex conuentione, C. de pac. Et ad primum dictum vide etiam Ias. in l. j. post prin. ff. de æsti. act.

LEX VI.

Auia. No. hāc l. no. qđ pr̄ dādo dotem sibi actionem nō quærit, nisi sibi stip. prospiciat: secus in quolibet alio qui dādo dotem per solum pactum quærit sibi actionem.

LEX VII.

Cum à socero. No. ꝙ ex interuallo nō potest pater paciscendo præiudicare filiæ. de hoc habetis plene. ff. so. ma. l. 2. §. quod si in patris. & seq.

LEX VIII.

1 *Verba ista, ad me pertineant, quòd importent restitutionem.*
2 *Illud quod est in dote, est & in eius augmento.*

Etiam si non dotem. Hæc ē no. l. & h; vnū casum singularem. Et bŕ hoc intendit prout tex. iacet. No. ꝙ † verba ista ad me pertineant, vel me sequantur licèt, prima facie factū aduersarij non includant, tamē interpretātur, ꝙ ipse mihi restituat. facit quod habuistis no. s. de do. ante nup. l. si cum ante. No. 2. quod † illud, quod est in dote, est in eius augmento, nec potest vltra grauari quam sibi sit relictum.

LEX X.

Cum dotem. Istam l. habuistis s. e. l. quoties, &c.

LEX XII.

Ex pecunia. Hanc l. intellige, nisi in subsidium vt s. de rei ven. l. si vt proponis. melius facit l. vxor marito. ff. de don. inter vir. & vx. Itē intellige verū, nisi hoc esset actū ab vtraque parte, vt l. ita ꝯstante. & l. res in dotem datæ. ff. e. ti. &c.

Cum partem. No. hic vnum bonum casum illi⁹ q. quæ formatur in l. 1. ff. de pac. promittis mihi quod dabis illi. hoc pactum nō valet, vt illi quæratur aliquid, simile habes in l. si eum, &c.

LEX XX.

1 *Maritus habet dotem pro oneribus matrimonij.*
2 *Titulus dotis dicitur onerosus.*

1 2 Pro oneribus. No. † ꝙ maritus h; dotem pro sustinēdis onerib. mr̄imonij. No. † ꝙ titul⁹ dotis dr̄ onerosus ñ lucratiuus, vt hic, & l. ex ꝓmissione. ff. de ac. & ob. &c.

LEX XXI.

a Si inter virum Si agitur ꝙ res æstimata reddatur, æstimatio nō facit emptionem. a H. d. Quærit gl. quid in dubio. Gl. determinat ꝙ facit emptionem in dubio, quam vide & no. ibi in l. cum fundus. est casus expressus. s. e. l. quoties. si bene aduertatur, &c.

a ADD. ¶Et quando æstimatio facit emptionem in qualibet mā, ponit plene per Bar. post Cy. in l. j. s. com. & in l. quoties, & in l. cū dotem, s. e. & in l. ex ꝯuentione, s. de pact. & qđ no. Bar. in l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. com. & bal. in l. si pascenda, in fi. s. de pac. & Bal. not. in l. interest, s. de vsuf. quod l3 prædium æstimatum detur in dotem, si tn̄ maritus non est soluēdo, aliàs fundus remanet dotalis, nec potest alienari, l. vxor marito, de don. inter vir. & vx. in l. in reb. j. e. Ad de ꝙ si res æstimata traditur in dotem cum hoc pacto, ꝙ dominium non transferatur, tunc æstimatio non facit contra emptorem rei, sed possessio, secūdum Bal. in l. j. s. e. Item adde de materia in l. si æstimatis, ff. so. ma. in rebus tamen æstimatis datis in dotem, habet mulier ibi vendicationem vtilem, sed directam nō, vt est tex. no. iuncta l. in ver. æstimata, in l. in rebus, in prin. j. e.

LEX XXIII.

1 *Alienatio facta per mulierem de fundo dotali cum iuramento quòd teneat.*
2 *Alienatio rei dotalis æquiparatur alienationi rei sacræ.*
3 *Prædium esse dotale, est vitium reale.*

a Si prædium. No. hāc l. & eius materiam vide in l. cum lex. ff. de fideius. Quæro, quid si mulier iurat nō
1 alienare fundum dotalem. Certè quicquid † dicat gl. casus est in c. cum ꝯtingat. de iurei. c. licet. e. ti. li. 6. vbi dicit, ꝙ valet alienatio. tamen dicit ibi gl. ꝙ si mulier primo iurauit nō alienare, postea a-
2 lienat, & iurat, sibi non præiudicat, & dic vt ibi. No. 2. † gl. quæ est hic, quæ videtur æquiparare alienationem rei dotalis, rei sacræ,
3 & hominis liberi: & sic innuit, † ꝙ prædium esse dotale, est vitium reale. Facit quod no. in l. dotalem. de testa. mil. Dixi plenè in d. l. cum lex. & dic vt dixi, &c.

a ADD. ¶Ale. Facit hoc ad cautelā, ꝙ si mulier iurat non alienare, deinde alienet, & iuret super contractu, ꝙ contractus sit nullus, & primum iurm̄ est seruādum, Contrarium tene: Inno. in c. dilecto filio, extra, de præb. & vide quæ dixi in l. si quis pro eo, de fideius. Sed prædictam glo. sequitur Host. in c. cum contingat. Arch. & Io. de Im. in c. licet, e. ti. li. 6. Spe. in ti. de emp. & ven. §. 3. Sed dicta cautela non videt vera, maxime quo ad animam, nec etiam in iure, quia esset in fraudem creditoris. Vide no. per Io. Fab. inst. qui, ali. li. & adde Bar. in l. si quis pro eo, de fideiuss. ver. tertio dixi, &c.

¶Adde Barb. cons. 118. lib. 3. vbi limitat gl. in d. c. licèt mulieres.

LEX XXV.

b Sed Bal. hic tenet contra Bar.
c Vide Ang. cons. 97.

LEX II.

Et si à patre. In his quæ eodem tempore confirmantur, si possunt simul cõcurrere, compositionis ordo non inspicitur. Tene menti hanc legem perpetuò, quia hoc anno habui de facto. Op. faciendo secundum procuratorem reuo
a catur a primus, vt l. si quis cum procu. Sol. vt in Gl. hic no. licèt diuerso tempore dentur, eodem tamen tempore confirmantur: ibi statim cum datur recedit suam confirmationem. quod facit ad q. de duob. statutis contrariis in eodem volumine repertis, eodem tempore confirmatis. De quo hic per Dy. & ego in l. omnes populi. de iustitia & iure.

a ADD. ¶ Alex. Adde quod no. in l. si hæreditas, §. in tutelis, ff. eo. & in l. fi. ff. eo.

LEX III.

Si tutores. Licèt vnus ex pupillis ad ætatem adultam peruenerit, alterius tutela non finitur. h. d.

¶ De confirmando tutore. Rub.

LEX I.



Testamento. Tutor datus à matre non habet necesse se excusare, nisi confirmetur. h. d.

LEX II.

1 *Hæc lex ꝙ non corrigatur per §. ex imperfecto. l. hac consultissima infra de test.*
2 *Tutoris datio in testamento nullo, an valeat.*
3 *Tutor testamentarius confirmatus, an sit datiuus, vel testamentarius.*

Neque per epistolam. Tutor non potest dari à patre in voluntate imperfecta, sed datus debet legitimè cõfirmari. h. d. In hac lege veniunt
1 quærenda duo. † Primò an hæc lex sit correcta per l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ĵ. de test. Gl. hic videtur velle ꝙ sic, quam vide. Idem videtur tenere gl. ꝰ. ti. j. l. j. in gl. noua quam vide. Gl. ẽt tangit in d. §. ex imperfecto. ff. eo. l. qui à patre. Istam opi. teneo ꝙ non valeat datio, quia priuilegium datum filiis non debet retorqueri in alterius præiudicium, vt l. impuberi. ff. de admi. tu. Sed si testamentum esset nullum, nõ valeret tutoris datio. Hoc verum, nisi testamentũ esset nullum ex causa præteritionis, quia tunc indubitanter valeret datio tutelæ, per Aut. ex causa. de lib. præ. & in corpore vnde sumitur, vbi expresè dicitur. † Secundò quæro, a
3 an ille vel iste sic cõfirmatus tutor sit datiuus vel testamentarius.
a Gl. dicit eum datiuum, & secundum h. d. legitimum preferẽdum, vide gl. Dy. ponit istam q. in l. 2. ff. e. Et dicit eum esse datiuum, sed habere vires testamentarij. Mart. Sil. disputauit istam q. & determinauit eum esse testamentarium, & præferendum legitimo & datiuo. Et ratio magis vera quam facit, fuit ex ordine titulorum, quia primo Imperator seu Iurisconsultus præmittit de testamentaria tutela. & postea de confirmando tutore, qui præcedit legitimos, postea de legitimis tutoribus, qui præcedunt datiuum, & postea de datiuo.

a ADD. ¶ Alex. Adde Gul. & Bal. in rub. ff. eo. per quem fac. erit, & adde gl. & Bal. in l. 2. ff. de test. tut.
Stra. Et vide tu. Alex. in cons. 140. vol. 1. vbi dicit op. Bar. hic communem.

LEX III.

Si vt proponis. Antequam tutor inutiliter datus ꝯfirmetur, si alius detur à iudice valet. h. d.

LEX IIII.

a Naturalibus. Pater nõ potest dare tutorem filiis natura lib. sed datus à iudice confirmabitur. H. d.

a ADD. ¶ Alex. Et hanc l. no. Bal. in fi. in prin. ꝰ. fam. erc.

De

¶De legitima tutela. Rub.

LEX I.

a Ad auunculos. a Ad euidentiam huius titul. debet sic scire ꝙ tutela legitima defertur per
eum modum per quem defertur hæreditas. Postea sciatis ꝙ de iu-
re antiquo agnati præferebãtur cognatis in hæreditate, ita etiam
erat in tutela. Ista lex est hodie correcta: quia hæreditas hodie pa-
riter defertur agnatis & cognatis, ita tutela pariter: ideo omnes
admittuntur existentes in eodem gradu. & vide Aut. sicut.
a ADD. ¶Alex. Adde Bar. in l. j. ff. eo. ti. & in l. fi. in fi. j. eo.

LEX III.

Constitutione. Hic facit mentionem de quadam lege antiqua, quam non habemus. Nam
quædam lex erat, quæ dicebat ꝙ deferebatur agnatis, & aliis, sed
tutela fœminarum aliis.

LEX IIII.

1 *Frater emancipatus tutor fratris legitimi in potestate retenti est legitimus, sed*
frater in potestate tutor fratris emancipati est fiduciarius.
2 *Tutela legitima quotuplex.*

Frater. Hæc bona lex Bẽ dicit, Sicut frater emancipatus ad hæreditatem fratris vocatur, ita ad tutelam legiti-
mam. h. d. Aduerte, quia facit multum scire de materia tutelæ le-
a gitimæ. Opp. Inst. de fid. tu. a per totum tit. vbi appellatur tutor fi-
duciarius non legitimus. Sol. Gl. quod frater emancipatus est le-
1 gitimus † tutor fratris in potestate retenti, vt hic. Sed frater in po
testate retentus erit fiduciarius tutor fratris emancipati: vt l. con
tra. & vide Gl. sed quæ est rõ diuersitatis. Gl. non reddit, quinimo
2 non potest reddi, & ideo non est bona solu. † Aduerte ergo, quæ-
dam est tutela legitima ex verbis, & ex mente legis 12. tab. vt illa
quæ defertur inter agnatos, & de hac loquitur ti. de le. agna. succ.
Insti. Quædam est tutela ex mente l. 12. tab. non verbis, vt illa quæ
defertur patrono, nam de ea tutela nihil in l. 12. tab. erat cautum,
sed de hereditate sic. Sed de mente legis est ꝙ deferatur tutela se-
cundum quod defertur hæreditas, ergo, &c. Et de hac loquitur
ti. inst. de leg. patr. tu. Quædam est tutela legitima quæ non est ex
mente, nec ex verbis l. 12. tab. sed ex extensione propter identita
tem rationis, vt tutela parentum, de qua loquitur ti. Insti. de le. pa
ren. tu. Nam per l. 12. tabu. non fuit dictum, neque de tutela, neq;
de hæreditate quod pater filio succedat. Vnde mens sua non fuit
de eo quod non cogitauit, neque directo, neque per consequen-
tiam: sed quia per senatuscons. Tertullianum inducitur, qđ pater
succedat filio. ideo patri defertur tutela legitima ex senatuscon-
sulto, non ex l. 12. tab. sed ex ratione eius extensa per Iurisconsul-
tum. Ita loquitur ff. eo. l. 1. 2. & 3. quæ ponunt istos tres modos.
Quædam est tutela, quæ non defertur ratione successionis legiti
mæ, sed propter confidentiam personarum, quam habet lex. vt
quod frater erat tutor fratris emãcipati, anteꝗ esset facta lex, quæ
vocat eos inuicem ad successionem: & ista vocatur fiduciaria tu-
tela, quæ datur propter fiduciam quam habet de persona, non re
spectu successionis. Ita loquitur ti. de fide. tute. sed postquam fuit
facta lex quæ vocat eos inuicem ad successionem: illa eadem tut.
quæ olim dicebatur fiduciaria, hodie dicitur legitima, per hanc
legem. Eodem modo dico de tutela, quæ defertur cognatis, vt il-
la dicatur legitima per Aut. de hæ. ab intest. §. ex his. posita in l. 1.
s̃. eo. &c.
a ADD. ¶Alex. Adde Bar. in l. 3. §. si parens. ff. eo.

LEX V.

a Nemo neque. Qui non est perfectæ a ætatis, nõ potest alterius tutor esse, seu curator existere.
h. d. Vide gl super verb, teneri. & vtrum minor accipiendo dotem
possit obligare bona sua sine decreto iudicis. Glo. tangit in simili
in l. item quia. ff. de pac. & ibi per Gul. ego plenissimè dico, in rep.
quam feci de l. si constante. ff. sol. mat. vide ibi, &c.
a ADD. ¶Alex. Sed si statutum dicat ꝙ ad tutelam non admittatur minor anno-
rum 25. & aliud statutum dicat ꝙ legitima ætas sit 18. annorum, an minor 25. po
terit esse tutor, vide Bal. cons. 100. lib. 2.

¶Qui pe. tu. vel curatores. Rub.

Viso s̃. de tutela testamentaria, & legitima, videndum est de da-
tiua. verum quia videndum est primò qui petant, postea vbi, ter-
tiò quis petatur, ideo premittit qui petant tutores vel curatores.

LEX I.

Admone adolescentem. Matres, & liberti, & amitæ, & etiam cre-
ditores possunt pupillis postulare tutores. h. d. totus iste titulus.

LEX VIII.

1 *Mater petit tutorem per procuratorem.*
2 *Casus eueniens in persona procuratoris excusat dominum.*

Cum à matribus. Casus superueniens in psona eius qui missus est ad tutores peten-
1 dos, excusat matrem. h. d. hic no. casus. No. † ꝙ mater potest pete
2 re tutorem filio per procuratorem. No. † ꝙ casus eueniens in per
a sona procuratoris, a excusat dominum. Dixi tibi in l. præses. ff. de
app. & allegaui tibi istam l. & dic vt ibi dixi, &c.
a ADD. ¶Alex. Vide C. qui pet, tu. & in l, si plures, de cond. inser. & vide in l. deni-
que, §. si tutor, ff. mand.

LEX X.

Nepotibus. Vide gl. fi. quam no. videte domini, Ego in-
a telligo a istam legem, si huic non potest im-
putari negligentia: nam si mater fuit negligens per annum, ita qđ
certum erat eam à successione exclusam, si alius coniunctus fue-
b rit negligens per alium annum, putarem b eum à successione ex-
cludi. ar. j̃. de le. hær. l. sciant, coniuncta l. fi. qui admi, ad bon. pos.
a ADD. ¶Alex. Contrarium tenet Bar, in l. 2. circa pr. ff. e. & intellige, vt no. in l. q d
ergo, §. j. ff. de his qui no. infam. vide gl. quæ ponitur hic, cui applicetur hæredi
tas exclusa matre, quam not. Bal. in l. 2. s̃. si aduer. ven. & vide ad istam gl. Bald.
qui eam no. sequitur cum limitatione, in l, precibus, C. de impu, & aliis subst. &
istam gl, no. Bal. pro sing. ¶Io. Fr Ru. Nota istam contrarietatem, quia Bar, in l. 2.
ff. e. ti. vult ꝙ primo excluso ad quem pertinebat successio ob nõ petitum tuto
rem sequens non excluditur ad quem incipit pertinere, & tñ hic tenet õrium.
b Paris. Idem tenet Ang. cons. 102. incip. in Dei nomine, ista q. habet principaliter
duo puncta. Licèt contrarium teneat idemmet cons. 37. inc. quidam puer. Adde
quæ dicit Bar, late in l. 2. ff. qui pe. tu. vel cur. ¶Adde an dicta Bar. hic sint vera,
Ang. cons. 117. Pet. de anc. cons. 104. Bal, cons. 92. lib. j.

¶Vbi pe. tuto. vel curatores. Rub.

LEX VNICA.

1 *Domicilium quando & à quibus constitui potest.*
2 *Domicilium duobus modis constituitur.*
3 *Iudex vniuscuiusq; loci tutorem dare potest pupillo habenti facultates in duob. (locis.*
4 *Iudex originis quo det tutorem, qui præsit bonis, quæ non sunt in suo territorio.*



Agistratibus. Vbi quis sortitur domicilium ratione originis, vel maioris
partis bonorum, ibi potest ei tutor constitui. h. d. hæc
lex no. valde. Inquantum dicit de iudice loci originis,
non habet dubium: inquantum dicit de iudice loci, vbi habet fa-
cultates, est dubium. nam iudex non potest dare tutorem, nisi ei
qui habet domicilium in loco suæ iurisdictionis, vt l. j. in fi. de tu.
1 & cur. da. ab his: † Sed pupillus videtur ꝙ non possit habere do-
micilium: nam paternum domicilium constitutum, non habet.
vt l. assumptio. circa fi. ff. ad mun. Ipsemet non potest constituere
sine tutore, quia non potest se obligare, ergo videtur quod ei nõ
2 possit dari tutor. † Sol. domicilium potest constitui duob. mod.
Vno modo voluntate, & hoc modo non potest constituere pu-
pillus, quia tunc continet obligationem. Alio modo re ipsa, stan-
do in loco vbi habet maiorem partem fortunarum suarum. hoc
modo potest pupillus sine tutore. Et hic est casus no. in hac lege.
Ratio potest esse, quia obligationes, quæ re ipsa contrahuntur, ca
dunt in pupillo, sicut in maiore, vt l. operis. de oper. no. nun. de ne.
a gest. l. 4. §. & si furiosi. Gl. quærit hic duas a quæst. Primò † quid si
3 habet facultates in diuersis locis. Dicit gl. iudex cuiusque loci da
4 bit, vt l. pupillo. ff. de tut. & cura. da. ab his. † Quæro vtrum iudex
b originis b possit dare tutorem qui præsit bonis, quæ non sunt in
territorio suo. Azo ꝙ sic. Hug. contra, vt hic habes in gl. quam vi
de, Dy. ponit istam q. in l. 1. de tu. & cur. da. ab his. Cy. ponit hic, &
facit vnam longam filateriam, Gl. in nõ solum. §. qui in testamen-
to. de exc, tu, videtur tenere opi. Hug. opi. Azo. est verior. Cum. n.
tutor detur personæ, ille qui habet personam pupilli in iurisdi-
ctione sua, potest dare tutorem, cuius iurisdictio se extendit ad
omnes facultates, vt d. l. 1. in fi. de tu. & cur. da. ab his. ar. ad hoc in
l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. Hoc etiam probatur
per hanc legem, si bene aduertatur. Non ob. l. pupillo. de tu. & cu.
da. ab his; quia fateor quod potest dare tutorem de bonis quæ
sunt in territorio suo, quia cum sit certa vniuersitas bonorum, &
alius dabit quo ad bona, quæ sunt in territorio alio. Sed si vnum,
& idem vellet dare de omnib. bonis, posset. Et eodem modo resp.
ad l. iurisperitos. §. cum oriundus. de excu. tu. Et pro prædicta de-
terminatione alle. Dy. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo.
a ADD, ¶Alex. Per Spec. in ti. de tu. §. generaliter, versi. item aut. not.
b Alex. Vide Bal. in d. l. pupil. & Bar. in l. 2. j̃. de exc. tu.
Io. Fr. Ru, Adde in ea, l. pupillo. Et Ang. Are. inst. de attil. tu. §. sed hoc iure.

¶De tutoribus a vel curat. illust. person. Rub.

a ADD. ¶Paris. Vide de istis curat. quæ scripsi in Bert. ver. curator regi. vbi habes
de qualit. quas habere debent, & aliis tutoribus non tenentur præstare alimen
ta, & victus de bonis pupilli, nisi vt scripsi, & an possit dari tutor regi, vel prin
cipi, & finita tutela sit postea curator, vide Cors. in rep. c. grand. đ sup. ne. ꝑl. ĩ 6.

LEX I.

Illustribus. Breuiter dicit, illustribus datur tutor, vel cura-
tor in vrbe per præfectum, & prætorem, & de-
cem viros senatores: & eis decreto prætoris conceditur admini-
stratio, in prouinciis verò nominatur à curialibus. h. d. in summa.

LEX II.

Generali. Hic prohibet Imperator ne ille, qui est curialis, vel obligatus curiæ, possit esse tutor illustrium
personarum, & hoc vult. Non babetis hic alia, &c.

¶Qui dare tutores, vel cur. & qui dari possunt. Rub.

LEX I.

Cum tibi. Ei de cuius statu dubitatur, potest dari tutor, vel curator lite pendente. h. d.

LEX II.

a **Maritus.** Maritus non potest esse curator a vel tutor vxoris. h. d. Quærit gl. quæ est ratio? Resp. quia si male gereret propter affectionem, vxor ei remittere. Ita dicit gl. hic, quæ est ratio ꝙ potest esse procurator, & non curator, vt l. maritus. s. de procur. Resp. quia curator habet maiorem potestatem, quàm procurator. Præterea procurator, vel constituitur à maiore, & sic habente plenum intellectum, vel constituitur à minore, & constituitur cum authoritate tutoris, vel curatoris, vt l. neque. s. de procur.

a ADD. ¶Paris. Vide super hoc, an possit esse tutor ad litem in repert. ver. marit. Ale. Adde ꝙ licèt maritus non possit esse curator generalis vxoris, potest tamẽ esse curator ad lites, secundum Bal. & Sal. l. j. s. de proc. alle. Odoff. hic, & dixi l. si maritus, s. de proc. & no. Bar. in l. si quis cum procuratorio, §. fi. ff. de proc. & Bal. hic, & in l. j. in fi. de excu. tut.

LEX IIII.

Militiæ. Qui militia occupatur, non potest esse tutor, seu curator. h. d.

LEX V.

Neque à præside. Non potest quis dare tutorem eum qui suæ iurisdictioni non subest. H. d. No. hanc legem, ꝙ oportet ꝙ ille qui datur tutor, & cui datur, sit de iurisdictione dantis ratione originis vel domicilij. Casus est in l. j. de tu. & cur. da. ab his. Dixi tibi in l. vnica. s. ti. 2.

LEX VI.

Quod dicis. Matre negligente, alij coniuncti possunt tutores petere. H. d. No. hanc l. & tene menti, quàm faciam te notare in aut. matri & auiæ. & quàm habebimus. j. ti. proxi.

LEX VII.

In seruili. Seruus non potest dari tutor, neque curator. hoc dicit.

LEX VIII.

Creditorem. Creditor non potest dari tutor debitori. H. d. super hãc l. habes aut. minoris, quàm legam ibi in seq.

AVTHEN.

1 *Debitor vel creditor prohibetur à tutela fallit tamen nu. seq.*
2 *Filius debitor vel creditor potest esse tutor patris furiosi.*
3 *Frater an possit esse tutor fratris, cuius est debitor.*
4 *Fratrum rara concordia, & inter eos sæpe magna inuidia.*
5 *Creditor vel debitor in modica quantitate non prohibetur à tutela.*
6 *Quantitas magna vel parua, quæ dicatur.*
7 *Possidens res minoris non potest esse tutor.*
8 *Hæc auth. habet locum, quando est contentio inter pupillum & tutorem super iure reali.*
9 *Habens res communes cum pupillo, quando possit esse eius tutor.*
10 *Debitor naturaliter, quando possit esse curator.*
11 *Auth. hæc, an habeat locum in omni tutela, etiam testamentaria.*
12 *Voluntas testatoris tollit omnem suspicionem fraudis.*
13 *Creditor pupilli ex testamento in quo est datus tutor potest esse tutor.*
14 *Creditor si vult amittere debitum an possit esse tutor.*
15 *Debitor ex tutela, qui paratus est soluere debitum an possit esse tutor.*
16 *Creditor sub conditione, vel annuatim an possit esse tutor.*
17 *Si creditor vel debitor prohibetur esse tutor, an tunc sit locus datiuo vel debeat deueniri ad legitimum.*

a **Minoris.** a Primò ponit vnum dictum trimembre in cura tore constituendo. Secundò in iam constituto. Tertiò illud dictum declarat, & imponit pœnam. Quartò ponit aliud dictum seu statutum, & pœnam imponit. Quintò prædicta extẽdit. Secunda ibi, nam ante. Tertia ibi, hoc autem. Quarta ibi. sed & si actionis cessionem. Quinta ibi, his valentib. summarium non do vobis, quia ista aut. est summarium bene quatuor colũna.
1 †No. quod debitor vel creditor, b prohibetur à tutela vel cura.
b Op. in aut. c vt sine prohi. ma. debi. & cre. in pr. posita j. ti. 1. aut. ad
c hæc. Sol. est speciale in matre, & auia. Ita dicit gl. tua. Iuxta istud antequam intremus Gl. quæro quid in auo, & patre. Gl. dicit idẽ,
2 vt in d. aut. ad hæc. j. ti. j. & ibi videbitis. † Quæro quid in filio, cũ possit filius dari curator pr̃i furioso, vt l. is. de tu. & cu. da. ab his. vr̃ ꝙ prohibeatur. quia non reperitur iure exceptum: ergo, &c. Præterea non videtur eadem ratio, quia maior est amor ascendentis ad descendentem, quam econtra, vt l. isti quidem. ꝙ me. cau. Contrarium determinat Gul. de Cu. in l. cum in eo. ff. de pac. Nam cum spes sit ꝙ bona patris deueniant in filium secundum votum patris, vt l. scripto. in fin. ff. vnde lib. vr̃ quasi administrator proprio rum bonorum, ad quod facit de lib. & posth. l. in suis. j. pro hær. l. 2. §. filium. & quod ibi no. propter quod cessat omnis ratio suspicionis, ideo propter debitum vel creditum non remouebitur.
3 †Secundò quæro, quid in fratre? Vr̃ idem quod in matre, & auia, quia ad successionem pariter admittuntur, vt j. ad Tert. aut. defuncto. Et ergo eadem ratione ad tutelam. Contrarium determinat idem d. Gul. in d. l. cum in eo. Primò per rationem quia non est tantus amor inter fratres, sicut inter ascendentes, & descen-
4 dentes: imo inter eos est† multoties inuidia magna, vt l. cũ oportet. §. j. de bo. quę li. & ea. l. §. si autem res. & l. cum pater. §. euictis. cum gl. de le. 2. j. de col. l. illud. §. fi. pro hoc inducit ipse tex. in l. 3. circa pr. ff. de le. præst. ꝯtab. bo. poss. pe. quæ l. facit optimè. Modo
5 intro gl. ꝑ ordinẽ. † Quęro, primò d quid si est creditor in modica
d quantitate. Dicit gl. ꝙ non prohibetur esse tutor. ar. ff. de exc. tu. l.
6 non tantum, in pr. de ven. inspi. l. j. in fi. cum si. † Sed quæro, quæ dicatur quantitas parua vel magna? Gl. non dicit hic, sed in corpore vnde sumitur, dicit hoc relinqui arbitrio iudicantis. Simile videbitis in aut. nisi breuiores. j. de sen. ex breui. rec. & l. sed & si susceperit. §. j. de iudi. & de iure do. l. quęro. & facit. ff. de dol. l. si oleum. §. fin. cum l. seq. Et ista teneatis menti, quia ex his facio magnum
7 fundamentum ad sequentia, vt j. videbitis. † Item quæro quid si aliquis possideat rem minoris. Videtur ꝙ non prohibetur, quia non est debitor, vel creditor, vt inst. de act. §. j. ꝯtrarium determi-
8 nat gl. per hunc tex. ibi, res minoris. † Ex quo colligitur ꝙ quando est contentio super iure reali inter tutorem & pupillum, ha-
9 bet locum ista aut. & ita communiter tenetur. † Quærit gl. quid
e si habet res communes e cum minore, non videtur prohiberi, vt j. de exc. l. ꝙ si res. Gl. tua determinat contra, per hanc aut. Sed gl. in d. l. ꝙ si res. tenet contra istam. Doct. communiter approbant istam Gl. quia ex communione oritur quidam quasi contractus producens obligationem, & actionem communi diuidundo, & sic potest dici debitor & creditor. Aduertatis rogo vos, dicerem sic. Quædam est communio in controuersia, quia vnus asserit, alter negat communionem, & non potest esse tutor, per hanc aut. Nam habẽt locum omnes rationes quæ fiunt in corpore. s. timor ne subtrahantur instrumẽta: & quia hostis est minoris. Quandoq; est communio sine controuersia: & hic aduerte. Quandoque est communio tanta quod inuicem sunt imputationes, & reputationes magnæ, vt si habent hæreditatem vel maiorem partem bonorum communem, tunc idem quod prohibeatur à tutela, & cura. per hanc aut. Quandoque habent communem vnum fundum tantum, tunc dico ꝙ non prohibetur esse tutor vel curator, licèt enim ex communione oriatur quidam quasi contractus, dico qđ ista obligatio est modicæ quãtitatis, licèt fundus est magnus. Teneor enim diuidere tecum, istud est modicum, quod patet, quia ex tempore præsumitur communio, vt no. in l. pe. s. com. diui. & ibi dixi vobis, quod apparet ad oculum, quia istud teneri tecum diuidere quando communio non est in controuersia modicam æstimationem reciperet: possent tamen esse tot debita inuicem occasione cõmunionis illius fundi, propter expẽsas & fructus, & propter alia, ꝙ tunc dicerem aliud. puto relinquendum arbitrio iudicis, vtrum dicta communio inducat magnum debitum, vel modicum, vt s. dixi, quia in modico debito non habet locum ista
10 aut. † Quæro, quid si est debitum, naturaliter tantum inter eos. Videtur prohiberi, quia naturale debitum inducit compensationem, vt l. etiam. ff. de compens. Et quia potest deduci, vt l. at qui natura, de neg. gest. & impedit donationem, vt l. hoc iure. §. pe. ff. de dona. sed contra ꝙ non habet locum ista aut. quia non dicitur propriè creditor. ff. de pe. hæ. l. si quod possessor. §. sed & si. facit de adm. tu. l. fi. doc. quidam determinant contra. Nam possibile erit debitum naturale solui, & sic impediretur repetitio, & induceretur compensatio. dict. l. etiam. vnde subest timor, ne instrumenta subtrahantur, sicut in ciuili debito. Pro istorum op. induco, quia ista aut. est fauorabilis inducta in fauorem minorum, ergo est extendenda, & sic extenditur ad debitum naturale tm̃, licèt impropriè sit debitũ. In ꝯrium facit, quia debitum nãle quantuncunq; sit

a ADD. ¶Paris. Dispositio huius aut. non habet locum in curatore qui datur hæreditati iacenti secundum Ro. sing. 132. per tex. in l. debitor, ff. de neg. gest. Item de materia huius aut. vide Bar. consi. 168. Item inquantum solet allegari glo. in ista aut. ꝙ de stricta significatione, &c. vide Ale. multa allegantem cõs. 24. vo. 2. & consi. 200. in pr. & in fi. vbi dicit solum procedere, vbi est eadem ratio, vide Ale. in l. filiusfa. §. diui, de leg. j. item ꝙ non habeat locum in curatore ad litem, vide Sal. hic in fi. Pro quo vide quod dicit Bar. no. in l. 2. §. contrarium, ff. de cur. bonis dando, & ibid. Ang.
b Alex. An prohibitus sit esse curator hæreditarius. Dic ꝙ non. Tex. est sing. in l. debitor, in pr. ff. de neg. gest. ibi non tamen erat creditor, sed ex contractu præcedenti inter viuos, & vide tex. in l. 2. ff. de cur. bo. dan.
c Adde Bal. post Gul. in d. l. cum in eo, ff. de pac. & ibi quid in filio nãli, & spurio.
d Adde Bal. in l. cum in eo, ff. de pact. vide tamen Bal. hic.
e Alex. Per Bald. hic in fi.

ſit in magna quantitate,pp illam ſpem,quia poterit contingereꝙ
ſoluetur,vel de eo compenſatio opponetur,dr̃ paruum debitum
quia pro modica quantitate iſta ſpes venderetur, vnde tanquam
ſit debitum modicum non habet locum iſta aut. quod ſatis mihi
placet.Hoc tamen totum puto relinquendum arbitrio iudicis,vt
a s̃.dixi.Venio ad ſeq.gl. *a* dr̃ hic,prohibetur à cura,quid de tutela?
Dicit gl.idem, quia eadem rõ eſt, & colligitur ex corpo.vnde ſu-
mitur.§.ſed & ſi quis.ibi.ſed coniungi tutorem,&c.& in Aut.vt ſi
11 ne ph.matr.deb.& cre.§.j.& hoc omnes tenent.† Quæro,an iſta
aut.habeat locum in omni tutela? Dicunt quidam ꝙ non h; locũ
in teſtamentaria,quia eius fides eſt electa à teſtatore,vt inſt. de ſa-
tiſ.tu.§.j.ff.de cura.fur.l.ſi furioſo.s̃.in fi.de epi.aud.l. de creatiõib.
Gl.determinat ꝯ, qa eadem rõe nõ prohiberetur datus ex inquiſi
tiõe:qa eius fides eſt approbata per iudicem,Nec ob.quod dr̃ ap-
probata fides, quia illud verum quantum ad ſatiſdationem, non
quantum ad alia.Et hoc apparet,quia mater & auia tantum exci-
piuntur,ergo nulli alteri tutela permittitur. Et ita tenet gl.in cor.
vnde ſumitur.in ver.ad curationem.& l.pater.in pr.ff.de proc.idẽ
conſuluit Dy.& dicit hoc colligi ex tex.vnde ſumitur §. & hæc di
ximus.Sed certè idem tex.dicit tantum de his qui dantur à l. non
autem de his qui dantur in teſtamento. Gul. de Cu. in d.l.cum in
b eo.ff.de pac.ꝯtrium tenet per rões quas ibi allc.j̃.dicam.D. Old.[b]
in iſta mã diſtinguit, cuius opi.mihi placet, & ſic conſulendo re-
ſpondit. Aut teſtõr qui dedit talem tutorẽ ſciebat ipſum eſſe cre-
ditorem,vel debitorem, & tunc põt eſſe tutor, & non ob.iſta aut.
quia eius fides eſt electa per teſtatorem. Probatur per l. tres tuto-
12 res.§.fi.de ad.tu.de confir.tu.l.in confirmando.†Præterea volun-
tas teſtõris tollit omnem ſuſpicionem fraudis, vt l. quia autem.
in pr.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.Hoc probatur s̃.de interd. ma.l.ſi ma
tris.& ibi eſt optimus tex.de ritu nu.l.ſi quis tutor.Præterea, ma-
ter & auia poſſunt eſſe tutrices,non obſtante ꝙ ſint creditrices vl'
debitrices, vt dictum eſt:ſed teſtamentarij præferũtur matri & a-
uiæ.qa l.magis confidit de eis,vt in aut.matri & auiæ.j̃.ti. 1.ergo,
&c.Iſtæ ſunt ratiões Gul.quantum eſt in membro.Nec ob.quod
gl.dicit ꝙ eadem ratione poſſet ẽt cẽ datus ex inquiſitione, quia
credo quod ſi iudex de hoc inquiſierit,an eſſet debitor,vel credi-
tor,ꝙ valeret datio,quia an ſit tale debitum,quod eum à tutela re
moueat,ſtat in arbitrio iudicis,ſm quod dictum eſt etiam ſm opi.
gl. Si vero teſtator ignorauit ipſum eſſe creditorem, vel debito-
rem,tunc eſt vera opi.gl.quia non poteſt videri approbaſſe fidem
eius,q̃ talem ignorabat.ar.l.mater.ff.de inof.teſt. hanc puto verã.
Facit j̃.de teſt.mil.l.ſicut certi.& l.ſi cum vel in vtero.ff.de teſt.tu.
13 l.ſi quis ita.§.pe.†Ex prædictis apparet ꝙ ſi aliquis eſt creditor pu
pilli ex teſtamento,in quo datus eſt tutor,puta quia aliquid eſt ſi-
bi relictum,ꝙ propter hoc nõ prohibetur à tutela vel cura.ita in-
telligo iſtam materiam. Venio ad aliam gl. dicitur hic à quo om-
14 nino prohibetur.†Quæro,an ipſo iure non poſſit eſſe tutor,[c] an
c vero poſſit eſſe ſi vult amittere debitum?Gl.hic ponit opi.q̃ vide.
De hoc fuerunt opi.inter Azo.& Hug.quas recitat gl.in l.propter
litem ff.de exc.tu.l.pater.in pr.ff.de proc.gl.firmat opinio.Hug.ſ.
ꝙ nõ poſſit eſſe tutor, perdendo debitum.d.Rich. diſprauit iſtam
q. & determinauit ſm quod vr̃ determinare iſta gl. videlicet, aut
ꝯſtat ab initio ꝙ ſit debitor vel creditor, & ipſe iure remouetur.
Aut non conſtat,& tunc admittitur ad tutelam,ſed perdit debitũ.
Et hoc probatur ex corpore vnde ſumitur iſta aut. ibi, ſi vero ta-
cuerit,&c.vbi dicit ꝙ debitum perdit,& nullã aliam pœnam im-
ponit,ſed interpretatione legum pœnæ,ſunt moliẽdæ,vt l.ſi præ-
ſes.& l.interpretatione. ff.de pæ.ergo,&c. Præterea in ipſo pũcto
quod tacet,perdit debitum,ergo tanquam non creditor põt eſſe tu
tor.Ita dicebat ipſe,quod ſatis placet. Venio ad aliam gl. Quæro,
15 †qd ſi efficitur creditor vel debitor ex tutela? Dic vt in gl.& bñ.
Quæro,quid ſi ab initio paratus eſt ſoluere,vel debitum remitte-
16 re? Dic vt in gl.& bene.Quæro †quid ſi erat debitum annuum,[d]
d vel debitum ſub cõditione.Dicit gl.ꝙ prohibetur à tutela vel cu
ra,quia ratio eadem eſt.ſ.timor,ne ſubtrahãtur inſtra,tamen in de
bito annuo non amittit totum debitum,ſed pro eo tempore quo
cautela durat.Quidam dicunt ꝙ imo amittit pro toto tempore,ſi
cut in debito conditionali. Mihi vr̃ dicendum ꝙ debitũ annuum
ſeu cõditionale eſtimatur,ſm ꝙ illa ſpecies vendi poteſt vt l.in q̃-
titate.§.magma.ad l.Fal.Facit ad Treb.l.j.§ ſi hæres.Et ideo ſi æſti-
matio illius debiti conditionalis eſſet modica, nõ repelleret eum
ab adminiſtratione,quia in debito modico non h; locum iſta aut.
ſecus ſi æſtimatio eſſet magna. Eodem modo intelligo de eo qui
habet hypothecata bona minoris,vt debeant æſtimari quantum
eſt deterior conditio propter illam hypothecam, vt d.l. 1.§ ſi hæ-
res.ad Treb. vt ſic videamus vtrum ſit quantitas magna vel par-
ua. Quæro, quid ſi poſt tutelam ſuſcipiat ceſſionem. Dic vt in gl.
e & in corpore vnde ſumitur. Vltimò, [e] extra gl.quæro vnam q.dr̃
hic.quod quis prohibetur eſſe tutor,quia debitor vel creditor.q̃-
17 ro †vtrum deueniatur ad ſequentem legitimum,vel ad datiuum?

Non inſiſto. Breuiter credo ſic dicendum,Aut de debito non cõ-
ſtat apertè,& ſic iſte habuit neceſſe ĩ iudicio debitum allegare. &
tunc quia in modico deſinit eſſe tutor, locus eſt ſequenti datiuo,
vt l.ſi quis ſub conditione.de teſta.tute.Dixi in l.j.s̃.de teſta. tute.
Aut erat debitum manifeſtum,puta communio bonorum,vel a-
liud debitum,tunc ſi quidem certum eſſet illud debitum non fini
ri durante pupillari ætate, vt puta quia erat debitum annuum &
perpetuum, & deueniretur ad ſequentem legitimum, quia iſtius
primi ſpes omnino deficit,arg.de le.tu.l. 1.pen.& l.non ſolum.§.ſi
libertus. de ex. tu.& de tu.& ra.diſtr.l.ſi tutor.§ j. Si vero debitum
illud poteſt diſſolui intra pupillarem ætatem,& tũc locus erit da-
tiuo,& debito diſſoluto ceſſabit ille datiuus,& reaſſumet ille legi
timus,ar.dictorum iurium.s̃.prox.allegatorum. eſt expreſſum in
l.his qui.de tu.& cu.da.ab his.Quæro vtrum propter debitum pa
f tris,prohibeat̃ filius eſſe tutor,vel ecõuerſo.De hoc cogitabitis.[f]

a ADD.¶Ale.Iſta auth.extenditur ad tutorem,facit etiam quod not.gl.& do.j̃.e. Auth.matri & auiæ. limita niſi debitum fuiſſet contractum poſt teſtamentum, ar.l.libertus,§.largius,& ibi no.ff.de ann.leg.& ita cõſuluit bal.in conſ.inc. ſin opi.gl.& adde bal.l.j.de confir.tu.Et quid incontinẽti cum tutor deſiit eſſe debitor,vel creditor,tutela reuertitur ad eum.Ita no.dicit Bar.l.ſi impuberi.ff de tu.& cu.da.ab his & bal.l.cum in eo.ff.de pac.bal.hic iuxta fi.ver. vl.extra gl.

b De iſta materia vide Bar.l.poſt legatum, §.amittere,ff.de his quibus vt indign.

c Ale.Bar.l.pater,in pr.ff.de proc.& ibi per bal.adde quod not.Io.And.in add.ad Spe.in ti.de tu.§.fi.ver.item ꝙ tutor,dicit opi.Hug.ſtrictiſſimam,& illam ſequitur,an autem hæc auth.habeat locum in debitore obligato reali ſicut perſonali,bal.conſ.258.tenet quòd non lib 3.

d Vide circa hoc omnino bar.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,de ver.ob.

e Ale.Facit quod no.bar.j̃.ti.j.in l.j.in auth.ſacramentum.

f Ale.Adde Bar.in l.ſi impuberis,ff.de tut.& cu.da.ab his.

LEX IX.

a **Si ſororis.** [a]Habenti tutorem legitimum,alius dari nõ poteſt.h.d.in ſumma.

a ADD.¶Ale.Limita per bal.l.j.s̃.de teſt.tu.Secus in tutore inutiliter dato & cõfirmato,in l.3.& ibi Bar.s̃.de confir.tute.

LEX X.

a **Curatorem** [a] Habenti curatorem non poteſt alius dari, niſi cauſa cognita,vel priore remoto.

a ADD.¶Ale.Limita in curatore ad lites, quia ante litem conteſtatam ſemper etiam alter adiungi poteſt,vt no.in l.qui cum procuratores §.j.ff.de proc.

LEX XI.

In vniuerſis. Minor ſine curatore generali ad lites nõ h; legitimam perſonam ſtandi in iudicio.h.d.

LEX XII.

a **Curator.** [a]Generalis curator non debet à lite deſiſtere pro pter ſpecialem curatorem datum ad litem.h.d.

a ADD.¶Ale.Limita vt dixi ſupra,in l.curatorem.

LEX XIII.

Ne magiſtratuum. Colon⁹ Principis, vel alius priuilegiatus tutor dari nõ põt.h.d.

¶Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt. Rub.

LEX I.

Tutelam. Mulier de iure communi tutrix eſſe nõ poteſt. h.d.in ſumma.

LEX II.

a **Matres.** [a] Si matres tutelas filiorum impetrant à principe, debent iurare ſe ad ſecundas nuptias nõ venire:& ſi ꝯ fecerint,bona matrum pupillis obligantur,& teſtamentarius & legitimus matrem præcedit.h.d. Iſta l.corrigitur per Aut. mat. & auiæ.in multis.quam legam tibi in ſeq.lectione.

a ADD.¶Ale.Et An lex iſta,§.ſi autem tutela,in Aut.de nup.habeat locum in matre quæ non erat tutrix, ſed ſimpliciter adminiſtratrix,vide bal.in l.cum oportet,§.fi.ad fi.C.de bon.quæ lib.

AVTHEN.

1 *Renunciatio Velleiani quæ fit per matrem tutricem,quid operetur.*
2 *Factum in iudicio parte abſente an proſit aliis.*
3 *Diſpoſitio huius auth.an habeat locum in matre & auia naturali tantum.*
4 *Pater quando præferatur in tutela,& quando mater.*
5 *Quando auus præferatur,& quando auia.*
6 *Si mater & auus concurrunt in tutela,quis præferatur.*
7 *Mater poteſt eſſe curatrix filiorum.*
8 *Mater,& auia non coguntur tutelam ſuſcipere.*
9 *Tutela quæ defertur matri,eſt legitima.*
10 *Mater ſi eſt data in teſtamento tutrix,quòd ſit teſtamentaria.*
11 *Tutela vitiatur ſi mater non renunciauit ſecundis nuptiis,& Velleiano.*
12 *Mater ſi renũciauit Velleiano,ſecundis nuptiis,& omni auxilio,quid operetur.*
13 *Mulier tutrix,poteſt capi & carcerari ex diſpoſitione huius auth.*
14 *Si non eſt renunciatum ſecundis nuptiis nec Velleiano ſed generaliter omni beneficio, in valeat.*
15 *Tutela vitiatur ſi generaliter non obligauit omnia bona ſua,&c.*
16 *Si mater,& extraneus ſint dati tutores in teſtamento,an mater erit tutrix.*
17 *Mater data tutrix in teſtamento non confirmatur ſed coram iudice agnoſcit tutelam,& renunciat.*
18 *Si fuit datus tutor à iudice matre ignorante,an teneat datio.*

a MAtri & auiæ. [a] Hæc aut. se habet ad l. Codicis corrigẽdo in pluribus. Primò, quia de iur. Codicis requirebatur ꝙ impetraret à principe, & corrigitur per istam aut. Secundò, quia per legem Cod. requirebatur ꝙ cum iuramento renunciaret secundis nuptiis: quod iuramentum per hanc auth. & sequentem tollitur. Tertiò per legem Cod. legitimi præferebantur matri, qđ per hãc aut. corrigitur. Quartò per aut. minoris, quam modo vidistis, debitor vel creditor prohibebatur à tutela, vel cura. Istud determinatur per aut. ad hæc, positam hic, quod in matre & auia nõ h; locum. Quintò lex Cod. dicebatur solum de matre, hic extẽditur etiam ad auiam. & sic istę aut. habent se non solùm corrigendo, s; etiam addendo. No. collige per te ipsum. Multa dicenda sunt circa hanc aut. Et ego tractaui istam materiam in l. si quis sub conditione. de testa. tute. Et hoc anno etiam propter q̃dam ꝯsilia superuenerunt mih q̃dam dubia in ista materia. & gl. nostræ vbi nõ
1 sunt dubia instant & vbi sunt dubia intacta relinquunt. † Op. ꝙ nihil releuet renunciare Velleiano, quia mulier non intercedit, ergo, &c. cum Velleianum intercedentib. tñ subueniat. vt ff. ad Velle. l. 2. §. 1. & l. tutori. & s. ad Vel. l. j. so. Quidam dicũt ꝙ ista renunciatio proderit q̃n mulier promitteret creditorib. ꝓ pupillo. Nescio quid hoc sit dictum, nam ista renunciatio fit in fauorem pupilli, nõ in fauorem illorum creditorum. Vnde Cy. hic videtur dicere ꝙ ista renunciatio valet ad modicum. Ego dico ꝙ imò est ne
b cessaria, vt j. dicam. in qõib. Item opponi. [b] id quod fit in iudicio
2 parte absente, † aliis non prodest, vt l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. ergo ista renunciatio non potest prodesse creditorib. absentib. sol. Intellige ꝙ hic iudex recipiat hanc renunciationem nomine omnium quorum interesit, & sic videtur agi in dubio ꝓsumptione huius aut. in isto casu. Op. s. de ꝑc. l. alienam. so. specia le est hic. Habetis expeditam gl. quæ est super ver. Velleiani.

c Venio Ad qões [c] & prosequor f͠m ordinem gl. nõ variando
3 ordinem aliquo modo. † Quero 1. dr̃ hic, matri, & auiæ, vtrum hoc ẽt h; locum in matre, & auia naturali tñ? Gl. dicit ꝙ sic, & bene, vt l. fi. huius tit. & in aut. vt sine prohi. ma. §. j. in fi. q̃
4 ro 2. † quid si est pr̃, & mater. so. Si est pr̃ legitimus, ipse præfertur, vt l. 2. huius ti. in fi. Nam tex. in corpore vbi dicit matrem p̃ferri legitimis intelligitur de legitimis collateralib. non ascendentib. vel descendentib. Si verò esset pater naturalis tñ, puto matrem p̃ferendam vt l. fi. huius tit. sicut etiam præfertur in successione, vt in
5 §. vulgo. inst. de succes. cogn. † Quæro [d] 3. quid si est auus, & auia?
d Quidam dñt ambos admittendos, cùm non sit iure cautum ꝙ auia per legitimos repellatur. Aduerte si est auus, & auia paternus & paterna, de necessitate sequitur ꝙ illa auia est nupta: si eam ponimus esse nuptam, & per ꝯ͠ns ipsa repelletur à tutela, quia nupte: & p̃fertur auus. Idem si ponimus auum, & auiam maternum & maternam: sed si ponimus auum paternum, & auiam maternam æquè legitimos, tunc procedit gl. Posset fortè dici ꝯ ꝙ tex. in corpore dicit, ꝙ ipsa ꝑponitur legitimis. s. ex latere transuersali, nõ ex ascendenti. Et si tu dicis, lex Codicis q̃ dicit legitimos p̃ferri, solũ in matre loquitur, concedo, cum eadẽ rõne qua pr̃ p̃fertur matri, eadem rõe auus auiæ. Et hoc dr̃ de mente aut. vt faciat æqualem cõdõnem auiæ ad matrem, non meliorem: imo quo ad auiam deteriorem, quia mater p̃fertur, hoc tñ non pono pro cõstanti. Pro hoc facit, quia cum aut. veniat ad interpretationẽ huius l. loquentis de matre, in quib. casib. admittebatur mater, in illis admittebatur auia, vt in aut. de fi. ante do. inst. na. §. j. Sed si poneremus auum
6 & auiam naturales, tunc p̃fertur auia sicut in successione. † Quæro, quid si est mr̃ & auus? Gl. dicit ꝙ præponitur auus tanq̃ legitimus, cùm sit de legitimis ascendentib. quod nõ placet qa aut. vnde sumitur ista, de hær. ab inte. §. ex his. vocat istos ad tutelam f͠m ꝙ ad hæreditatem. Sed in hæreditate nõ est dubium ꝙ mater præ
e fertur auo, vt in aut. defuncto. [e] j. ad Ter. ergo, &c.

7 Venio Ad gl. super ver. tutelam. † q̃ro, an idẽ sit ĩ cura vt mr̃ possit esse curatrix filiorũ. Tex. hic, & in corpore vñ sumitur, non exprimit, tñ in aut. vt sine prohi. ma. deb. & cre. §. qa vero. loquitur magis generaliter. Gl. tñ hic pp identitatẽ rõis tẽt ꝙ idẽ sit in tutela quod in cura, & hoc tenẽt oẽs, & iõ nõ insisto. & vide gl. Ad istud ꝙ dr̃ de l. cum repudiante. j. de cur. fur. tene il
8 lam responsionem ꝙ illa sit correcta. † Quæro, an mater & auia cogantur tutelam suscipere. Gl. dicit ꝙ non, qa hic, & in corpore
9 dicit permittimus, non dicit præcipimus. † Quæro, vtrum tutela [f]
f quæ defertur matri sit legitima, vel datiua. Dr̃ ꝙ legitima, vt j. ad Ter. l. omnem. Econtra vr̃ ꝙ sit datiua, cum per legem Codicis legitimi præcedebant eam. Præterea l. non facit eam tutricem, nisi ipsa velit per hanc aut. Vnde gl. dicit ꝙ non est legitima neq; datiua, sed est anomala. Idem tenet Spe. in trac. suo de tutore. d. Cy. dicit matrem esse legitimam. Primò per tex. l. omnem quem gl. hic alle. Secundò per l. 2. § ꝙ si pr̃. ff. ad Tert. & ego allego vobis j. in qb. cau. pi. ta. ꝯh. l. pe. Et hoc puto verum per istam aut. ꝙ sit legitima, qa aliis agnatis p̃fertur. Non ob. dictum, ꝙ demum volens admittitur, quia per hoc non desinit esse legitima, nam filius qui est suus, & necessarius de iure antiquo est legitimus hr̃s, & licèt per prætores hẽat beneficium abstinendi, nihilominus legitimus heres remanet. Preterea alij qui ad hæreditatem admittuntur, demũ si volũt legitimi appellantur, vt in ti. de suis & leg. Licèt ergo mater sit tutrix legitima, est tutrix legitima volũtaria: alij legitimi dicuntur tutores necessarij, tamen vterque eorum legitimus est. ita
g debetis intelligere hanc materiam. Vlterius quæro, [g] quid si ma-
10 ter est data † tutrix in testamento, an dicatur testamentaria? Vr̃ ꝙ non, quia cogi non potest nisi velit, vt in hac aut. Veritas est, ꝙ est testamentaria, nam dari potest per hanc aut. & erit testamentariæ voluntaria. Alij tutores testamentarij, necessarij sunt etiam sicut in hæredib. dicimus.

h Procedo Vlterius [h] venio ad aliam gl. super ver. Velleiani. & licèt hanc gl. recitauerim per ꝯria, tñ occurrunt mihi circa hoc plures qq. Hic dicitur in tex. ꝙ mater debet renunciare sec. nup. & senatusc. Velleia. auxilio. additur in corpo. vt sine prohi. ma. §. quia vero, &c. ꝙ renunciet omni alij auxilio.
11 Quæro, † qd si mater nõ renunciauit an valeat datio curæ, vel assumptio tu. Et vr̃ ꝙ sic, quia omissio modicæ solennitatis non vitiat. vt l. j. in fi. ff. de ven. inspi. ꝯrium credo, quia in datione tutoris quocũq; mõ est erratum nõ valet. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. tutor si fuerit petitus. Præterea ista solennitas p̃t esse multum p̃iudicialis, ergo p̃sumitur necessaria, q̃ omissa vitiat, vt l. diuus. de in integ. rest. & l. cum hi. §. si ꝑtor. de transa. & ꝙ possit esse p̃iudicialis, ostẽdo, primò de renunciatione, q̃ fit de sec. nup. certum est, ꝙ ea q̃ habet f͠m virum, est suspecta legi, quia lex p̃sumit ꝙ excoriaret filios pro viro; & j. de adm. tu. l. lex, quæ tutores. §. lex. n. & hic in aut. ad hæc. & quod ibi no. Sed eadem p̃sumptio est de ea, q̃ h; animum & consilium nubẽdi, q̃ est de ea q̃ nubit, sicut dicimus de ea q̃ h; ꝯsilium diuertendi, vt l. si ꝯcubina. §. j. re. amo. & l. sed si maritus. in fi. q. & à qui. Pro hoc optimè facit tex. s. de nup. l. imperialis. §. sed & si tales. Preterea hoc probatur ex tex. in d. §. qa vero. vt sine ꝓh. ma. in ver. mox tñ. ibi dum dicit, secundas cõcupiscentias, &c. Ex quo apparet, ꝙ cõcupiscentia nuptiarum reddit eam inhabilem, sicut ipsę nuptiæ. Præterea de iure antiquo cogebatur hoc iurare, aliàs nõ valeret, l. 2. & l. fi. huius ti. hodie vero remouetur iur͠m, s; renũciatio requiritur. ergo remanet in aliis idem effectus. s. ꝙ renũciatio omissa vitiat. Præterea, iudex q dedit eam tutricem cum nõ renũciauit sec. nup. facit hoc ignorãs an hẽret animum nubẽdi & sic errauit in iure p̃iudiciali, seu magni præiudicij, merito tutelæ assumptio nõ valeret. vt d. l. tutor si petitus fuerit. de tu. & cu.
i da. ab his. Scdõ videamus, qd si nõ renũciauit [i] Velleiano. d. Cy. in hoc vult dr̃e, qđ hic renũciatio modicũ releuat, & sic istius omissio nõ vitiaret. & cũ hẽrem⁹ sup hoc ꝯsulere, fuit mihi ostẽsũ ꝯsiliũ, seu determinatio cuiusdã d. Bon. q vocatus ẽ Federicus de Salis, q idem determinabat, qđ ista renunciatio sit modici p̃iudicij, & omissa nõ vitiet. ꝯrium ego puto verũ. & sic ꝯsului quatuor vicib. ĩ ciuitate ista, qđ ista renũciatio omissa vitiet, qa omittitur res magni p̃iudicij, vt hic vr̃ velle gl, p̃terea, si mulier nõ exigeret d̃bitores

a ADD. ¶ Paris. No. circa istam materiam ꝙ mr̃ nõ admittitur ad tutelam ꝯ volũtatem patris, vide Ale. cons. 140. vo. 1. Nunquid ãt mater per transitum ad secunda vota perdat tutelam, vide in d. cõs. 150. Quid autem si pater dicat in testõ, relinquo filium in manib. matris suæ, an videatur eã reliquisse tutricem, vide Ias. no. quod sic, in l. manumissiones, ff. de iust. & iur. Et repetit vnum verbum idem Ias. l. j. ff. de iurif. vide repe. secunda in verbo, tutor. Item an mater possit esse tutrix viuente patre, si forte sit bannitus, vel condemnatus taliter ꝙ filiis sit dandus tutor, vel curator, vide Bar. in l. quæ sub cõdõe ad fi. ff. de test. tu. item ꝙ mater iudæa possit esse tutrix filiorum suorum, vide late Barb. cons. 15. volu. 1. vide eundem barb. cons. 11. vo. 3. vbi ponit ꝙ licèt non teneatur iurare, tenetur renunciare secundis nuptiis, aliter non valeret tutela. Et ꝙ mater præfertur etiam agnatis, qui eam excluderent à successione. & similiter auo materno, vel paterno. Et ꝙ licèt sit in potestate patris potest esse tutrix. Et quędam alia, maxime an teneatur præstare fideiussorem si non haberet nisi dotes suas.

b Ale. Id qđ plene in l. si pupillus, cũ seq. ré pu. sal. fo. gl. hic in ver. Velleia. S; dubitatur an ista aut. hẽat locũ in ꝑauia, Bar. l. cui eorũ, §. affinitates, per illum tex. de post. dicit ꝙ sic, s; ꝯrium tenet Ang. l. Gallus, §. instituẽs, de li. & post. de quo ibi vide late per Im. post Ang. in l. fœminæ, ff. de re. iu. & bal. l. si quis sub condõne, de test. tute. Ang. & bal. in l. cui eorum, ad ista vide quod no. per Bar. & quod ibi dixi in l. liberorum, de ver. sig. & vide quod no. bal. in l. j. de succes. edi.

c Vide bal. hic.

d Latius in l. sub conditione, ff. de test. tu. adde bal. cons. 183. lib. 3.

e Pom. Venio ad gl. vide bar. ꝯs. 11. in 3. dub. vo. 3. vbi loquitur etiã in matre mr̃is, & sic etiam in auo materno. & ibi in quarto dubio ponit, quid si mater esset in potestate patris, & quid si adesset statutum ꝙ filiusfa. non possit se obligare sine patris consensu, vide etiam ad hæc bal. cons. 224. in 1. par.

f Ale. Et ibi ego allego tex. & c. s; illũ tex. hẽs allegatũ ꝑ Odof. post Azo. l. 3. ff. de fideic. lib.

g Et vide bal. hic, & bar.

h Idem Sal. hic.

i Paris. No. ĩ ista materia quod si mater, vel auia nõ facit sibi decerni tutelam cũ renunciationib. de qnib. hic dicitur, negligentes sunt, & eis incumbit onus probandi quòd prædicta fecerint, vbi de hoc dubitaretur, vide Io. de Ana. cõs. 100.

tores

tores pupilli, vel haberet contutores, vel cõstitueret actorẽ, posset teneri p̄ eis, & sic esset intercessio, & iuuaretur Velleiano oĩno, iõ opus est renũciatione. & iõ cõcludo, q̄ si vnũ istorum omittit,
12 ipsa nõ est legitima tutrix. Sed q̃ro, † qd si renunciauit Velleiano a
a & secundis nuptiis. nec fuit dictũ, oĩ alij auxilio, b an valeat? Et vr̃
b q̄ sic, q̃a tex. hic non requirit q̄ renũcietur, nisi istis duob. Præterea, nõ vr̃ q̄ habeat aliud beneficium, ergo adiectio illius generalitatis nõ releuat. Cõtrium dico, quia mulier ĩ multis iuuatur. Primò in ignorantia iuris, & in multis casib. h; beneficium vltra q̃ vir, vt vidistis in l. fi. s̃. de iu. & fa. ig. & iõ per hanc renũciationem illa beneficia tolluntur, & mulier in eum casum redigitur, quo esset si esset tutor masculus, & sic nõ habebit beneficium in casib. illis positis in l. fi. s̃. de iur. & fac. ig. Dico ẽt q̄ beneficium sibi cõpetens, tañ mulieri, licet sit tale q̄ aliàs per renũciationem tolli nõ possit, tñ istius aut. authoritate per renũciationẽ tolleretur, quod p; hic in Velleia. cui s̃m veram opi. renũciari nõ potest, vt vidistis s̃. ad Velleia. l. fi. & ibi per doct. probatur in l. doli exceptio. ver. diuersum. ff. de noua. & ibi dixi. tñ in isto casu valet authoritate huius auth.
13 Ex hoc etiam dico, † q̄ licèt aliàs mulier pro debito c capi nõ pos-
c sit, vt l. 2. d & aut. ibi posita de of. diuer. iud. & l. 2. de exac. trib. lib. x.
d & in aut. vt nulli iud. §. necessarium. coll. 9. tñ in casu p̄sentis Aut. pro omni debito cõtracto rõne tutelæ poterit capi. quia videtur sublatum per hanc renũciationem beneficium illius aut. positum s̃. de of. diuer. iud. & perinde hr̃ ac si esset masculus, s; beneficium qđ ista mulier habet, est quia parens, nõ quia mulier. huic non vr̃ renũciatum. Et ideo puto, q̄ haberet beneficium, ne conueniatur:
14 nisi inquantum facere p̄t, & similia beneficia parẽti data. † Quæro, quid si nõ renũciauit secundis nuptiis, neq; Velleiano specialiter, s; generaliter renunciauit omni beneficio, an valeat? resp. non est necesse, q̄ exprimatur de Velleiano, quia illud est beneficium mulieris. Et ideo includitur sub illa generali renũciatione, sed est necesse q̄ exprimatur de secundis nuptiis, nam quod possit transire ad secundas nuptias, non est beneficium, s3 est quædam facultas. Ideo sub illa generali renunciatione nõ cõprehenderetur, sed
15 tamen est necesse, q̄ illud declaretur, vt s̃. dictum est. † Quæro, si
e in tutela non obligauit e expressè omnia bona sua, quod requiritur, vt d. Aut. vt sine proh. ma. Dicunt quidam, hoc non vitiat: Ratio, quia bona sunt tacitè obligata pro administratione tutelæ, vt l. pro officio. j̃. de adm. tut. Contrà puto q̄ sit legitima tutrix. nisi expressè obliget, quia multi sunt effectus hypothecæ expressè vltra quàm tacitè, maximè in casu l. assiduis j̃. qui po. in pig. ha. De hoc est tex. expresse, in l. de creationibus. in fi. s̃. de epis. aud.
16 Venio † Ad sequentem gl. super ver. testamentariis. f Quæ-
f ro, pone q̄ duo sunt dati tutores in testõ, & mater, & extraneus, an mr̃ erit tutrix? Quidam dicunt qđ nõ, quia testa-
17 mẽtarij p̄feruntur ei, qđ dic latius vt in gl. Quæro, † quid si mr̃ est data tutrix in testõ, an egeat cõfirmatione? Quidam qđ sic, per l. qui in aliena. §. quanquam. de ne. ge. Sed tu dic, qđ illa loquitur de iure antiquo. Hodie vero non eget cõfirmatione, s; necesse est vt tutelam agnoscat coram iudice, & renunciet illis beneficiis, de
18 quib. dictum est in hac aut. † Quæro, quid si datur tutor à iudice
g mr̃e ignorante, g an valeat? Et vr̃ q̄ datio non teneat, quasi perperam sit interpositũ decretum. ar. ff. de reb. cor. l. magis puto. §. si æs alienum. & ff. de tu. & cur. da. ab his. l. scire op;. & s̃. qui da. tut. po. l. si sororis. S3 gl. determinat cõ. per l. si vt proponis. s̃. de cõfir. tu. Ita dicit gl. hic. Cõriam gl. habemus. ff. de tu. & cura. da. ab his. l. tutor si petitus fuerit. & illam gl. tenet Dy. & allegat rõem: quia mr̃ est tutrix legitima, vel testamentaria, vt dictum est s̃. qñ vult ipsa, s; superueniente legitimo cessat datiuus, vt l. si tutor. la 2. §. j. ff. de tut. & ra. dist. & l. non solum. §. si libertus. ff. de exc. tu. Ad l. si vt proponis. s̃. de confir. tut. respondeo q̄ ibi loquitur in tutore confirmato, qui sapit naturam testamẽtarij, merito p̄fertur mr̃i: secus in tutore, qui est datiuus simpliciter. Ita dicit Dy. Odof. verò distinguit
h aliter. Aut mr̃ fuit in mora petendi h tutorẽ, & tunc præfertur datiuus. Aut non fuit, nec est qd sibi imputetur, & præfertur ipsa, ar. l. si maritus. la 1. §. si autem extraneus. ff. de adult. pro hoc optimè facit ff. de iu. fis. l. edicto. §. facit. ff. de adm. tu. l. tutor q rep. circa pr. Facit optimè j̃. de his qui. vt indig. l. sororem. Et hanc tenet Pe. Ia. de Rau. & Cy. hic. Pro quo etiam optimè facit ff. ad Tert. l. 2. §. si mater. ver. qd ergo. & ver. sed si forte. Facit etiam. s̃. de epis. & cle. aut. presbyteros. vbi innuitur q̄ si stat per quatuor menses, videatur in mora constituta. Mihi vr̃ & aduerte q̄ dicti doct. dicunt verum in iure, tamen hoc bene nõ practicant. nam fateor q̄ quãdo mater fuit in mora, præfertur datus à iudice, sed est necesse, q̄ de istius matris mora iudex cognouerit bene. Vnde puto, q̄ mater debeat citari, & si apparebit eam esse negligentem, iudex dabit alterum, aliàs nõ valeret datus à iudice. Et credo, q̄ hoc sit æquum. s̃. ti. j. l. quod dicis. Et prædicta vera, quando matre exclusa nõ superest legitimus, ideo est perueniendum ad datiuum. Si. n. legitimus aliàs superesset, locus nõ esset datiuo. Nam cum mater per morã suam desinat esse tutrix, ex legis dispõne. non ex facto iudicis, debet deueniri ad legitimum, non ad datiuum, vt j̃. dicam, &c.

a ADD. ¶ Alex. Et adde quod no. bal. & do. in auth. sacramentum, & in l. fi §. pe. de cond. & vide per bar. & quod no. in l. 3. §. quæsitum, ff. si quis cau. & ibi dicit bal. quòd intelligitur renunciatum statuto, de quo vide in rub. de arb. in 3. q. p Lud. & quæ no. Butr. in l. 2. de rescin. ven.

b Ale. Et de hac cautela, vide bal. in l. antiquæ, §. fi. ad Velle. & bal. l. 1. §. q. C. de rei vx. act. & talis non comparatur, q̄ intelligatur renũciatum beneficio cedendarum vel alteri, quod non competebat tempore renunciationis, bal. l. si diuisa, C. loc. & quæ hic sequuntur in fi. huius aut. & hic adde bar. in l. si sub conditione, de test. tut. etiam vide hoc in seq. q. & Spec. de renun. & conclusione, §. j. ver. & quia, & ver. quid si quis, ver. regulariter renunciauit consuetudini, vbi omnino videas, & ibi Io. and. in add. quam posuit de renun. statu. Paris. De ista generali renunciatione quid operetur, sicut si esset facta generaliter de omni beneficio, vide aliq. d in consiliis Comen. in cons. 7. inci. visis compromisso in subscriptiõe dñi Floria. vbi inducit istam decisionẽ ad aliud simile de quo ibi per eum. Vide ad istam clausulam, omni legum auxilio, quod decidit Ias. in l. fi. in pr. si cer. pe. & quæ scribit Soc. cons. 200. de quo habes in repertorio in verbo, exceptio.

c Ale. No. casum, q̄ mulier potest carcerari, adde bar. l. si quis sub condõe, de test. tut. Item fallit dicta auth. vbi mulier esset meretrix, quo casu p̄t talis carcerari s̃m bal. in l. consentaneum, C, qñ & qñ iudex. Et bene facit in ar. l. quæ in adulterium, in fi. j̃. de adul. Vide no. bar. in l. consentaneũ. Et de hoc an in ciuili, vel ĩ criminali possit mulier carcerari, vide bal. ĩ l. j. ff. q. satis. cog. & in l. qñ; de cust. reo. & quod ibi hr̃, & qñ mulier possit capi, etiã pro debito, vide bal. l. j. j̃. de exceptione rei iu. & in l. j. qui bonis cedere possunt, & dicit Franc. Tigr. in cons. ic. factum sic se h3, quidam nomine Burgundus, &c. cui subscripsit se Bar. qđ consilium est inter consilia Barb. cons. 145. vo. j. quod cum mulier dicit se transiturã ad 2. vota, statim desinit esse tutrix, vt dari possit alius, si legitimi non supersint, alle. pro casu §. si autem tutelam, in auth. de nup. in ver. sui, in fi. & bal. in l. omnem, C. ad Tert. adde q̄ mulier meretrix possit carcerari, vr̃ limitari nisi esset coniugata, quia tunc pp honorem matrimonij non vr̃ quod possit carcerari, per ea quæ voluit Io. An. in add. ad Spe. s. quod statutum quod permittit meretricem percuti, non habet locum in coniugata, per prædictam rationem, & potest talis meretrix accusari de adulterio secundum ipsum.

d Pom. Ista illatio non vr̃ bona: quia tale ius introductũ est fauore honest. cõseruãdæ, & sic ad bonos mores tuendos, ergo ei non d3 posse renunciari. Iuri. n. qđ ad bonos mores est introductum, non renunciatur, vt per doc. in l. ius publicũ, ff. de pac. & in c. si diligenti, de fo. cõp. Et ita in terminis reperio reprobari hanc illationem tutorum, in l. ali. §. eleganter, ff. so. ma. & Barb in c. lator, de pig.

e Ale. Vide bal. l. pro officio. In cõrium faciunt no. per bal. in l. fi. §. sed cum antiq̃tas, j̃. de cur. fu. quid si mater renunciauit tutelæ, demum antequam alius assumeret tutelã, re integra vult redire, an possit. Ia. de Bel. in sua q. q. incipit, mater delata sibi tutela, &c. determinat q̄ sic ea ratione maxime cum iuri publico renunciari non possit, adde quod dixi in l. sciant, de le. hæ. quod no. bal. in aut. sacramentum, ad fi. j̃. e. ti. & in l. omnem ver. sed nunquid ad Tert. ¶ Paris. Ad apostillam Ale. hic positam, ibi determinat, q̄ sic. Contrarium tenet bal. in l. omnẽ, C. ad Ter. Ang. in ista prope finẽ, vide Bal. in l. Imperialis, in fi. prin. C. de sec. nu. Aduerte tamen q̄ Ange. hic, & bal. in d. l. Imperialis, loquitur, qñ res non est integra, quia datus erat alius tutor, Bal. autem in d. l. omnem, simpliciter loquit. Qñ autem mater trãsiret ad 2. vota, postea restaret vidua, an reassumat tutelã, ponit Cy. hic ad fi. Alb. & Sal. hic Ale. in apost. in l. sciant, C. de le. hæ. Et quando est alius tutor nec mater postea non vult nubere, etiam quando nubit, & postea restet vidua, vide Mod. bene in l. etiam q̃do nubit, & postea restat vidua, vide Mod. bene in l. etiam si. ff. de quæst. referentem simpliciter bal. in variis locis ponit quod dicit bar. in auth. se ver. quæro an statim.

f Habetur per Odof. post Azo. l. 2. ff. de libertatib. & melius per bart. l. si quis sub conditione, de test. tute.

g Ale. Vide gl. hic, & bal. post eam in ver. quæro si detur tutor si petitur circa fin. ibi Ia. de Ra. & Cy. hic, &c. & cum doc. transit hic Fran. Ti. in d. cons. inc. factum se habet quidam nomine Burgundus, &c. cui se subscripsit, Bar. & maxime vbi mater fuit tutrix, & postea transiuit ad secunda vota, quia incontinenti auia p̄fertur omnib. datiuis, non testamentariis, & not. bart. in l. si quis sub conditione in fi. ff. de test. tu. & in d. l. tutor petitus, vbi omnino vide.

h Paris. Vide Alex. cons. 478 vide Dec. cons. 16. vbi etiam q̄ mater debeat citari ad cognoscendum an fuerit mora, & per quantum tempus lapsum dicatur constitui in mora, vide late Ale. cons. 181. vo. 1.

AVTHEN.

1 *Mater, quæ luxuriatur, perdit tutelam quando transit ad secunda vota.*
2 *Mater si transiuit ad secunda vota, ad quos tutela redibit.*
3 *Mater si vadit ad iudicem, & dicit se velle transire ad secunda vota, quòd statim desinat esse tutrix.*
4 *Iudex non dat tutorem illum, quem mater petiit.*
5 *Si mater est minor ann. 25. an succedat alius, vel perueniatur ad datiuum.*

1 Sacramentum. Quæro 1. hic loq̃t, qñ transit ad 2. nuptias q̃ro † qd si aliter luxuriata est. a
a Gl. dicit idem, ar. in auth. de rest. & ea q̃ parit. § fi. De hoc vr̃ casus in l. fi. huius ti. nam debet pudicitiam suam intactam seruare.
2 Sed quæro. † Matre exclusa pp transitum ad secunda vota, ad quos redibit tutela, an ad datiuũ, an ad legitimum? Gl. se expedit vno verbo, & dicit q̄ ad datiuum ad instar eius, qui tanq̃ suspectus remouet̃, vide gl. istam. Aduerte, ista q est magis difficilis quam alia. q̃ sit in ista materia. Semel fuit ista q̃stio in hac ciuitate pro tutela filiæ Bertrandi Comitis de Marsano. Et

a ADD. ¶ Ale. Et adde gl. & bal. in auth. iisdem, C. de secun. nup. & in l. his solis, & ibi bal. j̃. de reuo. do. & bal. in l. si quis sub conditione, de test. tu.
Paris. ¶ Vide ad bar. in l. omnem, C. ad Ter.

a no.Et ista q.fuit commissa Bononiæ a 4.doctorib.s.dño Ric.Mal.
d.Ia.de Bel.d.Ia.But.& d.Ray.de Forl.& erant discordes. do.Ric.
Mal.& do. Ia.de Bel.erant pro vna parte.s.ꝙ esset locus datiuo,vt
hac gl.d.Iac.Bu.& d.Ray.de Forl.erant in contraria op.ꝙ esset lo-
cus legitimo.Hoc probabant ipsi sic, Regula est ꝙ donec est legi-
timus, non peruenitur ad datiuum, imò legitimus excludit dati-
uum,vt l.si tutor reip.§.j.de tu.& ra.distra.& l.nõ solum.§.si liber-
tus.de excu.tu.Probatur ex ordine titulorum.ff.eo.& Inst.Habe-
mus ergo respõdere ad iura,quę faciunt in ꝯrium,q̃ videntur vel
le,ꝙ sit locus datiuo.Primò de hoc vr̃ tex.in l.2.huius ti.in fi.Rñ.
Ista l.loquit̃ sm sua tp̃a sm q̃ mater non poterat esse tutrix existẽ-
te aliquo legitimo,merito ea exclusa veniebat̃ ad datiuũ, qa nul-
lus erat legitimus.Item ꝙ sit loc⁹ datiuo, vr̃ tex.in l.omnem.j̃.ad
Ter.& l.matres,eo.ti.& l.pen.in quib.cau.pig.taci.ꝯ.& in Aut.de
nup.§.sinautem tutelam.& qui pe.tu.l.matris.Sed ad omnes istas
respondebat Ia.But.ꝙ loquuntur qñ legitimi supersunt.Si autem
legitimi superessent,tunc remanet regula, ꝙ existẽte legitimo da
tiuus repellitur.Pro hoc facit l.2.& l.diuus.ff.q pe.tu.ꝯtra hoc di-
b ctum [b] suum facit multum fortiter ista aut.& quod hic notatur,
cui ipse non respondet in illo cons.quando mater transiuit ad se-
cũda vota,remouetur vt suspecta: sed tutore remoto vt suspecto
deuenitur ad datiuum,vt l.si quis sub conditione. de test.tu.l.3.§.
quæri potest.de le.tu.& habuistis no.in l.j.s̃.de test.tu.ergo,&c.vt
dixi.Ad hanc rationem non respondet.Ideo mihi vr̃ sic dicendũ.
Tres sunt casus.Qñq; mater nunquam assumpsit tutelam filiorũ,
sed vadit ad iudicem,& dicit, ego nolo esse tutrix, peto tutorem
filio meo dari, tunc nõ est dubium ꝙ deuenitur ad legitimum,vt
d.l.2.qui pe.tut.Qñq; mater assumpsit tutelam filij, & postea desi
stit,& hoc potest esse duob.mo.vel ꝙ ipsa vadat ad iudicem,& di-
cat,Domine,ego intendo transire ad secunda vota,detis tutorem
filio meo, & tunc puto ꝙ sit locus datiuo. Et ita loquitur ista aut.
Ratio, qa ista coram iudice abiit à tutela, & idcirco abiit vt alius
detur,vt d.l.si quis sub conditione.ff.de test.tu.& ibi plenè dixi.Si
verò mater quę erat tutrix,non curauit de filiis,sed simpliciter ad
secunda vota transiuit,tunc desiit esse tutrix ipso iure, vt hac aut.
coram iudice hoc non agente, merito deuenitur ad sequentẽ le-
gitimum,non ad datiuum, vt l.si quis sub cõditione.ff.de test.tu.
c Quæro,an statim [c] cũ mater vadit ad iudicem,& dicit † se velle trã
3 sire ad secunda vota,desinat esse tutrix antequam transeat.Gl. vr̃
ꝙ nõ.j̃.ti.j.l.propter.dum alle.l.omnem.§.sinautem tutelam.Hoc
mihi non pl;,nam ab initio non daretur tutrix,nisi renunciaret se
cũdis nuptiis, vt s̃.dictum est. Et sic statim cũ superuenit animus
nubẽdi,statim incipit esse suspicio,ergo,&c.Præterea,sufficit hoc
allegare,licèt postea nõ nubat,ar.s̃.de nu.l.imperialis.§.sed & si ta
les.& idem puto esse de sponsalib.quod de matrimonio.Hoc qđ
d de sponsalib.dico,tangit Spe.[d] in trac.suo de tutore.§.nunc dicen
dum.Quæro,dixi ꝙ quando mater antequam nubat, vadit ad iu-
4 dicem locus est datiuo.Quæro,† an iudex debeat dare illũ, quem
mater petiit.Gl.dicit.ꝙ mater debet petere,in l.si quis sub condi-
e tione.ff.de testa.tu.& dicit,ꝙ iudex debet dare petitum [e] à matre.
Et idem vr̃ tenere Dy.& Cy.refert.s̃.aut.matri & auiæ.Alij doc.te
nent contrarium, ꝙ petitus à matre non debet dari de necessita-
te.Et ita refert Cy.fuisse determinatum Bono. per quendam solẽ
nem Doc.& aduocatum qui fuit vocatus Vbaldinus de Malauol
tis.& d.Ia.Bu.in illo cons.de quo vobis s̃.dixi,tenet idem,ꝙ proba
tur per l.credendum.in fi.ff.qui pe.tu. vbi dicitur ꝙ matris officiũ
in petendis tutorib.nõ sufficit. Nulla.n.lex est,quæ dicat iudicem
debere dare petitum à matre,sed dicit ꝙ mater d; petere & nomi
nare & in arbitrio iudicis erit dare,vel nõ,vt s̃.q pe.tu.l.matris.ad
Ter.l.2.§.si mater.& omnib.ll.s̃.allegatis,in duab.præcedentib.q.
Istud etiam tenuit Ia.de Aren.vt hic.Cy.refert,& scripta sua com-
muniter dicunt.tamen d.Rich.Malumb. qui fuit scholaris Iac.de
Are.dicebat in illa q. de qua s̃.dixi, ꝙ d.Ia.de Are.nunquam dixit,
5 sed ita dicunt communiter scripta sua,& hoc puto verum.† Quę
ro,quid si mater est minor 25.an.s; speratur ꝙ efficiatur maior.vn
de ipsa interim non potest esse tutrix,vt §.fi.inst.de fiducia.tute.v-
trum sit locus seq.legitimo,vel sequenti datiuo? Vr̃ ꝙ sequenti da
tiuo, quia quando proximior legitimus speratur, sequens legiti-
mus cessat,& est locus datiuo, vt l.non solum.§.libertum.de exc.
tu.l.si tutor Reipu.§.1.ff.de tu. & ra.dist.In contrarium facit,quia
f mater non tutrix legitima, nisi quando vult.nunc ad propositũ [f]
nos dicimus in testamento,ꝙ primum tollitur per sequens,quan
do ex eo est possibile hæreditatem adiri. & tamen intelligitur q̃-
do sequens testamentum est validum de se, nec expectat confir-
mationem ex voluntate alterius, vt puta si filius esset præteritus
in eo, vt l.cum in secundo. & ibi no.de iniu.rup. & irri.test.Ita vi-
detur in proposito,quòd tutela legitima,quæ dependet ex volun
tate alterius,aliam legitimam non impediat, hoc tamen non po-
no pro constanti.

a ADD.¶Ale.Vidde bal.in auth.iisdem,s̃.de sec.nup.& in l.omnem,j̃.ad Tert.q.1
ãt si mater est exclusa per moram, vide Bal.ĩ Aut.matri.in fi.& istis adde Bar.l.
si quis sub cond.de test.tu.Et an ista auth.hẽat locum in matre tutrice testamẽ-
ta: 11,quod priuetur tutela per transitum ad secunda vota, vide in aut.iisdem,
s̃.de sec.nup.& in l.omnem,j̃.ad Tert.& ibi glo.& Cyn.Et an habeat locum in
patre transeunte ad secunda vota vide bal.in aut.iisdẽ,s̃.de sec.nup. Et de ma-
teria huius auth.& de prædictis omnibus hic tactis Bar.vide no.per Spe.in tit.
de tute.§.nunc dicendum,& in ca.ex parte,el 2.de app.

b Vide Spe.de tut.§.nunc dicendum est,de tut.
Paris.¶Contra hoc dictum vide Com.cons.93.

c Ale.Vide Bal.in d.l.Imperialis,§.sed si tales,s̃.de nup.& ĩ auth.iisdem,s̃.de sec.
nup.& in l.omnem,ad Tert.C.& vide quod dixi s̃.prox.auth.[?]bal.in l.si quis sub
conditione,de test.tu.& bar.in d.auth.matri & auiæ,in 3.q.in ver. quid si mater
non renunciauit,s̃.de nup.& Bal.hic Adde bar.cons.145.inc.factum se habet.an
autem si mater transit ad secunda vota, tamen ante consummationem carnalis
copulæ petat tutorem,debeat successione priuari vide bal.cons.266.li.4.Pet.de
Anc.cons.317.vbi multa de mulierib. transeuntib.ad secunda vota relictis filiis,
& an iudex illum dare debeat,quem ipsa petierit,vide eundem cons.155.li.2.

d Ale.Vult allegare,Spec.ti.de tu.§.nunc dicendum,ver.sed nondum,&c.p Ang.
in l.vxor.in l.si socer,§.quæ virum j̃.de inf.etiam adde bar.in l.matres ff.ad Ter.
& Bar.in l.si quis sub cond.de test.tut.& bal.in l.præcibus,ver.& scias,C.de im
pu.& Bal.in l.j.si contra ius vel vti.publ.

e Paris.Sequitur Com.cons.93.vide late Curt.consil.46. vbi ponit alia in materia
dandi tutorem quando mater transit ad secunda vota.

f Vide Bal.in l.fi.& bar.in l.si quis sub conditione,ff.de test.tut.& Bar.in aut.mi-
noris,ad fi.s̃.ti.j.

LEX III.

Si pater. Mulier potest petere tutelam filiorum suorum naturalium,si pater testamento eis non dedit.h.d.

¶In quibus casibus habenti tutorem,tutor,vel curator dari potest. Rub.

LEX I.

Si in locum. Curator datus ob absentiam tutoris desinit esse finita absentia.h.d.

LEX II.

Potuit. In locum excusati,seu remoti est alius dandus:& curator datus in locum tutoris,desinit pubertate.

LEX III.

a **Propter.** [a] Diffusum patrimonium est causa, vt habenti tutorem tutor vel curator constituatur.h.d.vide gl. super ver.curatores.& no. eam quæ ponit casus,quando habenti tutorem,tutor dari possit,&c.

a ADD,¶Ale.Vide quod ibi dixi post bar.l.3.§.pupillus,ff.de tut.& gl.& ibi bar.in l.curatorem,ff.de tut.& cur.da. ab his, vbi omnino vide quando habenti tutorem tutor dari pos.& adde gl.inst.de cu.§.interdum,& Spe.in ti.de tu.§.fi. ver. item quod habenti.

LEX IIII.

a **Licet.** [a] In locum tutoris excusati, siue remoti, alius est dandus.h.d.

a ADD.¶Pom.Ergo habenti datur regulariter curator,& vide Rom.cons.454.vbi limitat,& ibi etiam ponit qualiter curator sit dandus pupillo conuento.

LEX V.

Cum ob augmentum. Augmẽtum facultatum est causa,vt tutori adiungatur curator.Item non gerens non tenetur,nisi tempore administrationis depositæ ille qui gessit, fuit tutor non soluendo.h.d. in summa.

¶De admin.tuto.& cur. Rub.

Super ista rubrica,in eo,quod dicit de pecunia, est posita auth.nouissime cautum est,quam vide.

LEX I.

Frustra. Curator adulti non teneť pro tutorib. præcedentib.nisi sibi possit negligentia imputari.h.d.

LEX II.

a **Aduersus.** [a] Actio pro vr̃i administrõne non p̃t exerceri durante tutela vel cura. h.d. Vos hic habetis gl.quæ materiam istam tractat,quæ non eget suppletione.

a ADD.¶Per bar.in l.j.C.vt act.ab hær.& vide j̃.e.l.rationes.

LEX III.

Sumptus. Expensæ factæ in pupillum possunt sibi imputari à iudice.licèt non fuerint taxatæ.h.d.

LEX IIII.

Nisi eam. Libertus negligens exigendo à seipso,potest remoueri,& etiam puniri.h.d.

LEX V.

Frustra. Non est iusta causa recusandi solutionem, si creditor dicat,quòd sibi non liquet,in quam causam pupillo soluere habeat.

LEX VI.

a **Non est ignotum.** [a] Habeo istam l.pro no. breuiter dicit.Administratores, qui iustã causam litigandi non habuerint, proprio nomine in expensis legitimis condemnantur.

a ADD.¶Ale.No.pariter istum casum,& vide bar.in l.edita in fi.s̃.de edẽ.& in l.j. §.procu.si quis ius di.non obtemp. & vide tex.& ibi Bar.& Nic.Neap.in l.j.§.si pupillus,ff.de tu.& ra.dist.

LEX

LEX VII.

Tutelam. Tutor non debet rem alienare contra formam datam ab eo, qui rem prædictam legauit.h.d.

LEX VIII.

Et si scisses. Ignorans se tutorem, nullo modo tenetur. Sciens vero de neglectis tenetur, si gerens nõ fit soluendo.h.d.

LEX IX.

Si curatores. Potest adulta iudicis officium intentare, vt curatores eam dotent.h.d.

LEX X.

Si liberti. Liberti male administrantes, remouentur, & criminaliter puniuntur.

LEX XI.

Si bonam. Qui non appellat, vel appellationem non est prosecutus, cum bonam causam habuit, pupillo ob hoc condemnabitur.h.d.& est bona lex.

LEX XII.

De his. Numerus liberorum non supplet ætatem, nec propter hoc ad agendum quis admittitur.

LEX XIII.

Tutores. Tutores non tenentur satisdare rem ratam haberi.h.d.

LEX XIIII.

Rationes. Item dicit quod l.2.s̃. e. Pro vniuersali administratione, nõ potest durante officio ratio postulari.h.d.

LEX XV.

Si non subscripsisti. De eo quod quis fecit vt tutor, non potest ꝓprio nomine conueniri, nisi se proprio nomine obligauerit.h.d.

LEX XVI.

a Non omni titulo. ᵃAlienatio tutoris non præstat iustum titulum possidenti, nisi fiat ex causa, & modis à iure permissis. Vos habetis hic vnam gl. quæ firmat, ꝙ frater tenetur dotare sororem. vide gl.& hoc hic not.2. gl.& in l.1.ff.de tut.& ra.dist.&c.

a ADD.¶Ale.Adde tex.& quod ibi no.in l.cum plures, §.pe.ff.eo.no.per bal.in l.si pater, C.de do.promis.& bal.in l.qui liberos, de ritu nup. & l.j.ff.so.ma.& Ang. & Im.in l.à filio.in prin.ff.ad Treb.

LEX XVII.

De successione. Administrare tutelam, nõ aufert ius testandi, vel donandi.h.d.

LEX XVIII.

Debitoribus. Administrator debet debitores monere, & eis cessantibus pignora vendere.h.d.

LEX XIX.

Tutor. Absentia non excusat tutorem scientem, & non gerentem.

LEX XX.

a b Pro officio. ᵃPro mala administratione, & pro neglectis bona administratoris sunt tacite obligata. ᵇ h.d.hæc l.& tota die allegatur de adm.tu.l.pro officio.

a ADD.¶Paris.Adde tamen ꝙ bona hęredum tutoris no sunt tacite obligata pro ratione reddenda, vide Com.cons.38.inc.quæritur an bona, etiam si talia bona essent quæsita ex reb.tutoris, vide ibi.

b Ale.Et intellige, ꝙ bona tutoris, & etiam eorum fideiussorum, sunt tacite obligata, etiam ad lites l.properandum, §.fi.ꝙ alibi expressius nõ reperitur, ſm bal. ibi.C.de iu. Secus in procuratoribus, & actoribus eorum, vt ibi, creditor vero non potest bona, nec personam tutorum impedire, l.cum etiam, & ibi bal, post gl.s̃.de reb.cre.& l.3.& ibi hoc no.limitat Bal.quando fisc.vel priua.ad quod vide no.per bal.in l.sub prætextu, s̃.de hæ.act. Quid in rectore ecclesiæ dixi in l. Respublica.s̃.ex quib.cau.ma.& adde hic Bar.in l.actor.ff.rem ra.hab.& in aut. sicut, de le.tu.Adde quando tutor, vel administrator, & eorum hæredes teneantur de mala adm.Rom.cons.308.

LEX XXI.

Pupillorum. Tutor tenetur de adm. tutelæ. si conditionem hoc dicit pupillo vtilem implere neglexerit.

LEX XXII.

1 *Bona, quæ seruando seruari possunt, non possunt per tutorem alienari sine decreto iudicis.& nu.5.*

2 *Minor non potest dare in dotem vel donationem propter nuptias bona immobilia sine decreto.*

3 *Domestici & familiares admittuntur ad probandum, quòd quis habuerit in domo massaricias & suppellectilia.*

4 *Mulier transiens ad secunda vota, est filiis primi matrimonij multum suspecta.*

a
1 Lex, quæ tutores. ᵃBreuiter hoc intendit. Immobilia† & mobilia, quæ seruando seruari possunt, non possunt alienari sine decreto. Secus in his quæ seruando seruari non possunt.h.d.Primò no.quod dixi in summa
2 rio. Secundò no.† ꝙ minor non potest dare in dotem vel dona-
b tionem propter nup.ᵇimmobilia sine decreto. Tertiò no.& tene
3 menti ꝙ†quicquid habuit in domo quis.s.massaritias, seu supel-
c lectilia, potest probari per domesticos ᶜ hoc est, per suos familiares. Facit quod habuistis in l.consensu.s̃.de repud.& l. de submer
4 sis.C.de naufragiis.li.xj.Quartò no.illud, ꝙ† mulier transiens ad secunda vota, est filiis primi matrimonij multum suspecta. No.5.
5 †quòd res, quæ seruando seruari possunt alienari sine iudicis de-
d creto ᵈnon possunt.

a ADD.¶Ale.Et qualiter istud dictum intelligatur, vide qđ dixi in l.j.s̃.de ꝑd.mi. Pom.¶Lex quæ.Vide aliter per Pan.cons.10.vo.2.& Are.22.in prin. & limita vt per Ias.in l.si frater, in fi.j̃.qui testa.fac.pos.

Paris.¶Tutores.Circa materiam huius l.vide omnino bar.cõs.70.& ea quæ habes ad bart.in l.magis puto, §.nec passim, de reb.eo.vbi habes qualiter, & quæ possit tutor vel curator de bonis minorum dispensare.

b Ale. Vide bar.in l.si ante nuptias, ff.so.ma.

c Paris.Vide Fel.in c.quoties, extra.de testi.Et magis creditur domesticis istis. Et vide quæ dicit bar.in l.quoties, C.de naufr, li.11.per illum tex.qui exponit, reiiciat in domo vel naui probatur per verisimilitudinem.

d Pom.Vide ad hanc l.Bar.cons.69.& vide Fel.in c.venerabili, ad fi.de of.dele.& Alex.cons.32.vo.2.vbi dicit, quòd per iuramentum derogaretur huic solutioni & decreto iudicis.

LEX XXIII.

1 *Emphyteutica res minoris propter non solutionem canonis si reuertitur ad dominum tutori imputatur.*

2 *Pœna l.2.C.de iure emphy.habet locum in minore.*

1 Si tutores. Imputatur† tutori si res emphyteutica propter canonem non solutum redit ad dominum.
2 h.d.No.quod dixi in summario. No.† tempus triennij vel biennij.de quo loquitur l.2.s̃.de iure emphy.currit minori.

LEX XXIIII.

1 *Tutor tenetur facere inuentarium quàm primum potest.*

2 *Inuentarium tutoris quando & quomodo fiat.*

3 *Creditores non citantur, quando tutor facit inuentarium, sed secus est in inuentario hæredis.*

Inuentarium debet fieri in iudicio.ibidem.

1 Tutores. Tutor†quam primum potest, facere debet inuẽtarium de reb.& instrumentis:&res, quę possunt seruari, debet ĩ tuto collocare, vel prædia idonea emere.h.d.Quæro, quando tutor debeat facere inuentarium. Gl.ponit opi.illa est vera quòd debet facere cum primum potest, vt l.tutor qui reper-
2 torium.in prin.de adm.tut.Secundò †quæro, an debeat fieri coram plurib.notariis, vel vno?Gl.dicit ꝙ sufficit vnus.Dic vt habes
3 in gl.†Item an ad hoc debeat citari ᵃ creditor.Gl.dicit quòd nõ li-
a cet secus est in inuentario quod facit hæres. item an debeat fieri in iudicio.Gl.dicit quòd sic.Et vide gl.&c.

a ADD.¶Ale.An requiratur citatio ad conficiendum inuentarium? Et istis adde latius bar.in l.tutor qui, ff.e.& ibi vide an requirantur plures notarij, & an debeat fieri in iudibio?adde pulchre Ro.quid facere teneatur tutor antequam administret, eius cons.315.& vide Ang.cons.175.Pau.de ca.cons.351.Bal.cons.95.li.j.

LEX XXV.

Sancimus. Qui soluit tutori ex præcepro iudicis plenissimam consequitur liberationem. Item reditus & pensiones solutæ tutori sine eecreto, liberationem præstant.

LEX XXVI.

Cum quædam. Quod quis facit vt tutor, sibi non pręiudicata vt priuato.

a ADD.¶Pom.Vbicunque ergo in vna persona concurrunt duæ qualitates, quarum vna non tollit aliam, sed sunt pares personæ, tunc iudicamus de illa persona vt de duob.& vide Rom.vbi ponit exemplum, & concor.cons.422

LEX XXVII.

Constitutionem. Hæc lex glossat l. sancimus. s̃. eo. quia finis illius non habet locum in vsuris, quæ faciunt magnam summam, vel in pensionib. biennalibus.h.d.

LEX XXVIII.

1 *Tutor, & curator non defendens minorem remouetur à tutela.*

2 *Officium tutelæ & curæ est necessarium.*

3 *Curator liti datur per iudicem qui præest liti.*

4 *Tutores qui legitime administrent, ad officium matris spectat, & in quibus tutoribus.*

5 *Legitimĩ administratores non satisdant.*

6 *Tutor, pro defensione pupilli potest bona ipsius obligare.*

7 *Tutor debet in tutela promittere quòd defensionem subit pro pupillo.*

8 *Tutor potest vendere frumentum, & vinum, nec tenetur mittere illud ad alium locum.*

a **Sancimus.** [a]Ista est vna bona & notabilis lex,& habet casus multum notabiles & singulares. breuiter
1 dicit,Tutor & curator† debent defendere minorem:ꝙ si recusauerint,à tutela remoueantur.h.d. Not.quod dixi in summario,&
2 habuistis hoc idem s̃.de proc.l.eum qui res.† No.ꝙ officium tutelæ & curæ est necessarium.

a ADD.¶Ale.Vide bar.latius in l.si tutor pupillo,ff.de auth.tutor.

§.Sed & si quis. Hic est nouus casus.Lite cepta si persona indigeat curatore ad litem,ille dabitur officio iudicis,qui illi præest.h.d.& est casus nouus & singula-
3 ris,& menti tenendus.Sed per†quem iudicem detur tutor,& cu-
a rator,est dubium,[a] vt habuistis,s̃.qui pe.tu.l.j.tamen de curatore dando liti, non videtur dubium quòd potest dari authoritate iudicis,qui præest illi liti,&c.

a ADD.¶Ale.Adde bar.l.j.ff.de tut.& cu.da.ab his, & facit c.vlt.de iud.li.6.& ibi Pe.de anc.& quod no.Inn.& doc.in c.petitio,de proc.

§.Possessionis. Ad curam eius, qui tenetur pupillis postulare tutores,ptinet, vt tutores defensiones suscipiant, vel si fuerunt remoti,alij idonei constituantur.
4 h.d.No.quòd†ad officium matris spectat non solum quòd dentur tutores,sed quòd legitimè administrent,hoc est quòd inuentarium faciant, & iurent, & similia.Facit l.2.§.si mater.ff.ad Tert. Item no. & istud est verum ꝙ spectat ad solicitudinem matris in his tutorib.quos ipsa mater petiit.in testamentariis autem vel le-
a gitimis,quòd hoc ad solicitudinem matris spectet,non reperio. [a]

a ADD. ¶Ale.Vide quæ dixi in l.2.§.quod si vero,ff.ad Tert.& bal.in l.matris pietas,s̃.qui pe.tu.& in d.l.præcibus,& bal.Cy.hic.

a **§.Defensionem.** [a]Tutores,& curatores non debent satisdare, sed possunt pro defensio-
5 ne pupilli bona obligare.No.ꝙ†legitimi administratores non te
6 nentur satisdare.†No.casum,in quo per tutorem possunt immobilia obligari.

a ADD.¶Ale.Latius no.per gl.& ibi bar.in l.si filius,ff.qui satis.cog.&in l.ratiõe,s̃.e.Item istum tex.no.all.pro sing.Ang.in l.j.ad fi.ff.de iurisf.om.iud.

a **§.Omnem autem.** [a]Hic est nouus casus & singularis, & multæ tutelæ cassantur ꝑ
7 hoc.†Tutores & curatores debent specialiter,& expresse tempore quo creantur,promittere quòd defensionem subibũt.h.d.No.
b & tene menti[b] istum casum:& si sic non reperies, opponas exceptionem contra instrumentum tutelæ. No.ꝙ istud additur ad alia quæ requiruntur in tutela,in l.legitimos.ff.de le.tut.

a ADD. ¶Paris.Item bal.& Ang.hic,vide Pa.de ca.cons.354.Aduerte tamen ꝙ licèt ipse tex.videatur requirere exprimi ista verba pro forma, tamen satis est si tutor promittit vtilia facere, inutilia prætermittere, & pupillum indefensum non relinquere,quia est æquipollens, vide Ale.in l.prætor,ff.de op.nou.nun.Et melius cons.131.inc.ponderatis his,alias 129. ad illud tamen ad quod iste tex.allegatur,ꝙ non sufficit verbis generalibus exprimi quod specialib.est exprimendum.Facit text.in l.si quando,§.& generaliter,in ver.& specialiter, & ibi Ang. & bal.C.de inof.test.facit tex.in l.si quis in pr.testamenti, in verbo,specialiter, de le.3.& in l.generaliter,C.de non nu.pec.& in aut.de hę.& fal.in §.si vero expressim,facit gl.in cle.j.in verbo,specialiter,de iu.Facit tex.in c.2.de præb.in 6. vide remissionem Fel.quam habes ad bar.l.j.de vulg.& pup.Quomodo &quot modis dicatur aliquid expressum vide etiam multa per Ias. l. j. ff. si quis in ius voc.non ie.ponentem multos casus in quibus requiratur aliquid specialiter exprimi,taliter ꝙ non sufficeret exprimere verbis generalib.&sic in quib.plus operatur expressio specialis quam generalis. Et ibi etiam ponit duas limitationes ad omnes illos casus,item vide multas decisiones per eundem vbi requiritur quòd expressio aliquid faciat,& vnam limitationem l.actiones,C.de transac.in 3.no.dum vult ꝙ etiam reseruata principi in signum supremæ potestatis veniunt in commissione,quia de eis facta fuit specialis mentio,licèt non in indiuiduo. Item an ista decisio procedat in curatore dato ad actum vel contractum fiendum tantum,vide Ale.quòd sic cons.163.vo.5.

b Ale.Et vide bar.in l.prætor,in pr.ff.de op.no.nũ.& bar.in d.l.legitimos,videtur quòd per iuramentum hoc suppletur,per id quod voluit bal.in l.j.C.commo.

§.His qui. Licet tutorib.& curatorib.fructus vendere,sub ea æstimatiõe qua à maiori parte communiter
8 venditur. No.† ergo ꝙ non habet necesse tutor vel curator frumentum, vel vinum reseruare, sed potest vendere cum vult, pro pretio tamen,quo ibi communiter venditur. Item videtur quòd non habeat necesse frumentum vel vinum mittere ad alium locum,sed potest vendere in illo loco vbi habet pro pretio, quo ibi communiter venditur,&c.

¶De periculo tutorum,& curatorum. Rub.

LEX I.

T qui notitiæ. Tutor datus causa notitiæ, tenetur, si vtilia pupillo tacuit, vel fraudem commisit solus,vel participauit cũ aliis,vel tutores suspectos facere cessauit.h.d.Ad euidentiam scias ꝙ quidam sunt tutores dati causa notitiæ, qui non administrant, sed informant, vel instruunt alios administratores quid facere vel gerere debeant..

LEX II.

Ad eos qui. Cum administratio ẽ diuisa per prouincias, vnus tutor de facto alterius nõ tenetur.h.d.

LEX III.

a **Si res pupillares.** [a]Tenetur tutor si culpa præcessit casum,aliàs nõ tenetur de casu fortuito.h.d.cum l.seq.

a ADD.¶Qualiter teneatur tutor de casu fortuito,& an furtũ dicatur casus fortuitus.Vide Rom.cons.425.

LEX V.

1 *Quis præsumitur scire illud,quod publice scitur,& quod sibi domi est denunciatum.& nu.2.*

a **Si tutor.** [a]Ad eum, qui se ignorat tutorem , periculum administrationis non pertinet. h.d. Aduerte , & opp. quòd ignorantia non præsumatur, vt l.verius. ff.de prob. Dicunt
b quidam quòd hoc ostendit admissus, non iussus. Vide gl. [b] istud est facile dicere.Vel melius dicit gl.&ista sunt tria notabilia dicta, ꝙ hic erat præsumptio scientiæ, ideo qui vult probare ignorantiam , probet eam : ista autem scientiæ præsumptio contingit ex
c trib.Primò si interfuit testamẽto,si erat publicè notum,[c]vel si fuit
d denunciatum ad domum.& vide gl.[d]No.ergo†ꝙ quis præsumi-
1 tur illud scire quod publicè scitur,vt l.sed & si pupillus.§.proscri-
2 bere. ff.de insti. Item no.† ꝙ quis præsumitur illud scire quod est
e sibi denunciatum ad domum. [e] Tene menti quia ad hoc iam milies allegaui hanc l.

a ADD. ¶Paris.Dum dicitur hic ꝙ præsumptio legis est liquidissima probatio,vide & declara vt per Ias.in l.sciendum,ff.de ver.ob.

b Ale.Et istam gl.pro fin.alle.Io.de Im.in l.quæsitum,ff.de re iu.& in l.in tempus, §.j.& in l.si ita quis hæres,ff.de hæ.inst.

c Paris. Vide Com. consi. 162. & ibi etiam ꝙ illud est quod nunciatum procuratori,præsumitur dominus scire, vide etiam ad hoc quæ habes in l.si publican⁹, §.fi.post bar.ff.de publ.Dicit etiam Com.in d.cons.ꝙ ratione vicinitatis præsumitur scientia,vt etiam habetur in l.j.ff.si cer.pe.Item illud quod hic dicitur ꝙ erat publice notum,intellige,ꝙ requiratur quòd sit publica vox,&fama,vt declarat Ale.cons.110.Vide late Fel.in c.cum contingat, in conclusione, vsque ad fi.extr.de resc.Item quòd publica fama faciat præsumi scientiam,& de quibusdam aliis vide bar.in l.is potest,ff.de acq.hæ.& etiam ibi habes.Item præsumitur scientia eorum,quæ fiunt in ciuitate,vel prouincia,&quomodo, vide Barb. in c.j.in j.no.ext.de of.del.

d Ale.Et istam gl.vide alle.per bar,no.in l.si cui,§.iisdem,de accu.Et ad hác gl.vide plenius per bal.in l.is potest,de acquir.hære.& est sing. glo. & ibi bart.l.j ff. de recep.& est tex.no.in aut. quomodo opor.epi.ad fi.vbi dicit ꝙ propositum in poste.eccle.quis non potest ignorare.Facit c.j. de postu. prælato.c.fi.qui ma. accu.pos.l.sed si pupillus,§.proscribere,ff.de insti.gl.no.in cle.2.& quod habetur in cle.j.de iud.

e Idem no.gl.in l.ita,j̃.de excu.tu.

LEX VI.

Temporis. Post tutelam finitam periculum non pertinet ad tutorem.hoc dicit.

¶Quando ex facto tutor.vel curat.minores agere, vel conueniri possunt. Rub.

LEX I.

V liana. Ex sententia non datur actio in tutorem, vel curatorem , officio finito, sed in ipsum principalem.h.d.

LEX II.

a **Et si tutores.** [a]Ex stipulatione tutoris sup re pupilli quæritur actio pupillo.h.d. distingue vt in glo. quam vide & nota.

a ADD.¶Ale.Vide bar.in l.si vrbana,in fi.ff.de cond.indeb.& bal.in l.2.de serui.

LEX III.

Si in rem. Ex contractu tutoris in vtilitatem pupilli tenetur pupillus.Et differt hæc l.à prima, quia prima loquitur de sententia.hæc de contractu.h.d.

LEX IIII.

Si hi qui. Tutores & cura.ex administratione tenentur pupillo ex eorum facto:aliàs ei pupillo q̃ritur actio.

LEX V.

Per tutorem. Per tutorem non quæritur actio pupillo extra rem pupilli.

¶Si ex pluribus tut.vel cura.omnes,vel vnus agere pro minore,vel conue.pos. Rub.

LEX I.

Ab vno. Vnus ex pluribus tutoribus potest insolidum pupillum defendere.h.d.

LEX

LEX II.

Si diuisum. Si administratio diuisa est per prouincias, tutores illius prouinciæ tãtum conueniendi sunt. h.d. Op. de l. inter. in fi. ff. de administ. tut. Sol. vt ibi no. per Dyn.

¶Ne tuto. vel cura. vectig. conduc. Rub.

LEX VNICA.

Competens. Qui tutelam gerit, vel eius rationem non reddidit, ad conducenda vectigalia non admittitur: & si accesserit, pœna falsi tenetur, nisi vtrique idoneè satisfecerit. h.d. Quidam dicunt quòd hic est vnus casus, in quo in delictis admittitur pœnitentia, sed certè hic quando fisco a & pupillo satisfacit, cessat doli præsumptio in præteritum, vt plene dixi in l. qui ea mente. ff. de fur. Queritur vtrum ille qui conduxit vectigalia publica, iustam excusationem habeat à tutela? Quidam dicũt quòd non. Dic vt diximus. j. de excus. tu. l. colono, &c.

a ADD. ¶Ale. Ad istam vide no. in l. confirmando, de confir. tut.

¶De tuto. & curato. qui satisd. non ded. Rub.

LEX I.



Si nondum. Minores possunt à suis administratoribus satisdationem exigere, qui si cessauerint, prohibentur administrare. h.d. Op. j. e. l. 3. & insti. de satisda. tut. §. j. Sol. distingue. Tutores quidam sunt testamentarij, vel dati in testamento, à iudice confirmati, & isti nullo modo satisdant. Quidam sunt dati ex inquisitione, & isti non tenebantur olim satisdare. hodie verò omnis datiuus tenetur satisdare, a inst. de satisd. tut. §. pe. Ita dicit gl. hic alibi distinguit, & melius in auth. vt hi qui ob. se habere perhi. res min. §. pen. & illam gl. tene menti, &c.

a ADD. ¶Alex. Sed Fran. Tigri. in cons. inc. factum se habet, quidam nomine Burgundus, cui subscripsit bar. tenet quòd donatione tutoris non requiritur inquisitio, nisi quo ad hoc, quia fuerit datus inquisitione non satisdat, aliàs sic, & pro hoc no. vide bar. ff. de confir. tut. l. tut. & bar. in l. j. ff. rem pup. sal. fo. Sed tene dictam gl. in d. auth. vt his qui obli. se hab. perhi. in ver. agit. ad fi. quam sequitur Cy. hic in rub. & bar. in l. si patronus.

LEX II.

Cum tutorem. Qui non satisdat remouetur à tutela cum infamia, si dolo fecerit, aliàs sine infamia, & in locum defunctorum alij debent dari, qui rationes præteritorum exposcent.

LEX III.

In dubium. Tutores non testamentarij debent satisdare, aliàs facta per eos non valent. h.d.

LEX IIII.

a Non omnium. Testamentarius & confirmatus nõ satisdant. a Item ex pluribus testamentariis ille in administratione prefertur, qui aliàs satisdederit. h.d. Habetis ff. de testa. tut. l. testamento datos, & de admi. tut. l. 3. in gl.

a ADD. ¶Ale. Sed quid si erat tutor testamentarius, qui erat malæ famæ, & erat ignotus testatori, an hoc poterit obiici, vt teneatur satisdare? Videtur quòd sic, in l. liberto, §. Largius, ff. de annuis leg. & in l. testamento, ad fi. de admi. tu. & quod no. bal. in d. l. j. de confir. tut.

LEX V.

1 *Scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod transmittit ad suos.*
2 *Scientia tutoris etiam qui non seruauit solennia, inducit pupillo ius deliberandi, vbi pupillus educari debeat.*

Tutor. Hæc est no. l. & eam hoc anno allegaui. Qui non satisdedit, non potest administrare, nec gerere, nisi ea quæ sunt tempore peritura, vel nullum præiudicium paritura. h. d. Vide gl. fi. & dic super verbo, bonorum. Pro hoc videtur casus in l. impuberi. de tut. & cur. dat. ab his. Not. multum quod dixi in
a summario. Ex quo habes a arg. imò casum ad quæstionem, quam
1 aliàs pluries consului. Primò consului quòd † scientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi, quod transmittit ad suos hæredes secundum formam l. cum antiquioribus. j. de iu. delib arg. pro hoc in l.
2 sequt. §. si pupilli. de vsuc. item consului secundò quòd † sufficit scientia tutoris, quanquam non satisdederit, vel inuentarium non fecerit, & nihil de solennitatibus obseruauerit. Casus est hic. Nam ius deliberandi est tempore periturum, quia durat anno, vt d. l. cum antiquioribus. Item quia hoc non potest esse damnosum pupillo, ergo non requiritur quòd tutor impleuerit solennitatem. Facit l. tutor qui repertorium, post prin. de admi. tut. quod no. multum bene. Et no. quòd meum motiuum fuit, & in hac ciuitate hoc anno pluries consultum, sed à prin. meum motiuum fuit, & terigi de hoc in l. qui duos. de reb. dub. Reducam tibi ad memoriam in d. l. cum antiquioribus.

a ADD. ¶Ale. Et vide etiam bar. in l. tutor qui repertorium, in fi. pr. ff. de admi. tut. Et cum hoc transit Bar. hic.

¶De suspectis tut. & cura. Rub.

LEX I.

Libertum. Tutor potest postulari suspectus durante tutela, non ea finita. h.d. &c.

LEX II.

a Curatores. a Si curatores gerere cessant, possunt remoueri vt suspecti. h.d. cum l. seq. Vide hũc text. ibi, ad eos tutela transfertur. Facit ad quæstio. de eo qui promisit dare schachummatum cum pedona, ex quo dat matum cum ea facta forsa, seu regina. De qua hic per Cy. in qua posita sunt puncta subtilia, &c.

a ADD. ¶Ale. Per bar. in l. senatores, ff. de senato.

LEX IIII.

Etiam. Tutor testamentarius potest postulari vt suspectus hoc dicit.

LEX V.

In postulandis. Mores potius quam diuitiæ in tutoribus spectantur.

LEX VI.

Pietatis. Quilibet potest tutorem postulare suspectum, & paupertas non est iusta causa suspicionis, sed est causa propter quam potest curator adiungi. h.d. No. ibi quòd paupertas est causa quare alius adiungatur, &c.

LEX VII.

Eum quem. Pendente causa suspecti non potest tutor administrare, sed loco eius debet curator constitui. h.d. hæc notabilis lex seu casus. De hoc habes inst. e. §. si quis autem, & l. quod si forte. §. j. ff. so. ma. Et dic vt dixi ibi. In contrarium facit extra de of. & pote. iud. delege. c. venerabili. Dic vt dixi in d. l. quod si forte.

LEX VIII.

Si non suspectum. Tutela pendente tutore non remoto non potest ratio administrationis exposci. h.d.

LEX IX.

Suspectos. Remotus ob dolum est infamis, aliàs secus. h. d. Vide gl. super ver. negligentiam. Et no. ex ea vtrum lata culpa æquiparetur dolo, dic de hoc in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Item no. gl. ibi, quando ex officio remouebatur non accusatus. Not. arg. quòd condemnatus ex inquisitione non accusatus non infamatur, vt no. in l. 3. §. præterea, ff. eod. & ibi per Dyn. quod Cyn. videtur hic tenere, & ego dixi aliàs in l. infamem. ff. de publ. iudi. & ibi vide.

¶De eo qui pro tuto. negotia gessit. Rub.

LEX I.

Etiam. Mulier, quæ gerit vt tutrix pro tutela tenetur. h.d.

LEX II.

Non vtiliter. Exceptio quòd quis non sit tutor, potest opponi in quacunque parte iudicij. h. d. Hoc intellige, vt dixi s. de procu. l. non eo minus, &c.

¶Si mater indemnitatem promisit. Rub.

LEX I.

Suo potius. Mater, quæ tutorem petiit, ex facto illius tutoris non tenetur. h.d.

LEX II.

Quædam. Licèt mater ĩdemnitatem promisit pupillo, actio contra tutorem decernitur. h.d.

LEX III.

Ob tutorem. Hęc lex quasi idem dicit quod prima. Mater, quæ petiit tutorem, ex eius officio nõ tenetur nisi hoc sit actum.

Si con

¶Si contra matris voluntatem tutor datus sit. Rub.

LEX VNICA.



SI contra matris. Ex eo ꝙ quis creatus sit tutor contra matris voluntatem poterit remoueri.h.d.

¶Vt causæ puber.adsit tutor. Rub.

LEX VNICA.

Tutores. Causæ iam cœptæ debet adesse tutor etiam post tutelam finitam ante rationem, & instrumenta redditæ.h.d.

¶Vti pupilli educari debeant. Rub.

LEX I.

a Ducatio. aPupillus educandus est apud matrẽ ad secunda vota non transeuntem, & quando de hoc est contentio, iudicis determinetur arbitrio: & onus alimentandi pupillum est necessarium. hoc dicit.

a ADD. ¶Vide gl.in c.j.de conuer.infid.facit gl.in c.cum haberet, de eo qui duxit in matri.quam polluit, hic per Io.de bel.


LEX II.

a Vtrum nepos. aVbi pupillus educetur, est iudicis arbitrio.& de eo, qui debet pupillo succedere est iusta suspicio.

a ADD. ¶Parif. In ista materia, penes quem pupillꝰ ali debeat, vide bal.conf.487. in 4.parte vbi liberè loquitur. Vide Paulum conf.353.ad finem, & eundem in l.si paterno.circa fi.C.de ne.ge. Et quòd interdum pupillus potest dimitti penes vitricum quando mater transiuit ad secunda vota, si sit persona honesta, & probatæ fidei, licèt in dubio videatur presumptio contra eum, vide in materia Bartolum in q.16.incipiente, quæritur vtrum iudex, vbi examinat an sponsa pupilla possit, & debeat ali penes sponsum, & quando debeat penes matrem, vide dominum Benedictum Perusi. in consil. 52. De vitrico quod apud eum ali non debeat, vide Spec.in tit.de tutore, §.nunc dicendum, Bart. in l.nonnunquam, ff. de adoptio. Item quando questio est apud quem stari debeat, vbi interim deponi debeat, & quod omnia ista sint satis arbitraria iudici, vide Ale.in conf.161. in 6.vol. Item quòd non sit educandus apud illum qui succederet sibi, & ponderandum sit an sit persona suspecta, ponit gl.in c.grandi, in verbo, item, de supp. negl.præl.in 6.Pau.conf.354.in fi. Vide Corn.conf.198.in j.part. Et de substitutione vel successione, vide Soc.conf.195. in 2.dub. Et vbi affines omnes essent suspecti iudex eligit extraneum vide Alb.de Rosa.in l.2.§.Iul.ff.de lib.exhib. Item quòd illud, quod dicitur hic in pupillo, locum habeat in furioso, & mente capto, vide gl.in c.grandi, in verbo, fratrem de suppl.negl.præl.in 6. Vide Card. in cle.j.de hom.in j.notab. quòd veniens ab intestato debeat custodire furiosum, quod videtur contra tex.in l.3.huius tit. Item quòd licet substitutus possit decerni tutor pupilli, apud eum non debet educari, vide bar.in l. amicissimos, in pr.ff.de excu.tu. Vide tex.in l.j.ff.vbi pupil.educa.deb.in pr.vbi etiam bar.& alij. Posset tamen substitutus esse adeo legalis, ꝙ apud cum educaretur. Vide Pau.de cast, conf.354.ad finem. Sequitur Soc.in d.conf.193. Et iste titulus loquitur mortuo patre, vt per ale.in l.fi.ff.eo.tit. An autem debeat educari penes eũ, vel matrem vide in l.j.& 2. C. de diuor.fac.apud quem, &c.vide text. in l.fi.de conuer.infid.circa fi. Exemplum vbi non debeat educari penes patrem si sit suspectus, vide tex.in l.j.§.j.ff.de lib.exhib.

¶De alimentis pupil.præstan. Rub.

LEX I.



PVpillus. Tutor debet pupillo alimenta præstare, & si negligat, potest cogi, etiam si quæstio status pendet.h.d.

LEX II.

1 Consilium quod quis faciat taxari alimenta pupillo.
2 Pupilli interest, ne secreta sui patrimonij pandantur.
3 Tutor an teneatur dare copiam inuentarij aduersario pupillo.

a Quod plerunque. a Alimenta si à iudice taxata nõ sunt, tamen idoneè facta à tutore imputantur pupillo: & in dubio præsumitur pupillus alitus à tutore.h.d. hec bona & no.lex. Dico quòd tu notes istam l.primò
1 consilium est † quòd quis faciat taxari alimenta præstanda pupil-
2 lo, ne postea de hoc incidat in controuersiam. † Secundò not. quòd interest pupilli ne secreta sui patrimonij pandantur, quod
3 not.& tene menti. Quod est multum vtile ad q. † vtrum tutor a-
b gens defendens debeat facere aduersario copiam inuentarij.[b] Et videtur quòd sic, quia si non facit inuentarium, non potest agere, vel defendere ĵ.tit.prox.l.fi.š.de admi.tut.l.tut. In contrarium videtur hæc l. quia non debet pandere alteri secreta patrimonij pupilli, vt hic, & ĵ.quando & quibus quarta pars debe.l.2.lib.10. Breuiter aliàs dixi, & dico quòd debeat dari copia inuentarij, quatenus sufficit parti, vt per hoc sibi sit cautum, & ille habeat legitimam personam standi in iudicio. Dabitur ergo sibi copia inuentarij, & omittetur apponi in copia res ex præcepto iudicis, totum aliud parti dabitur, vt arg.huius legis.& de eden.l.argentarius.§.j. & l.1.š.tit.1.in fi.

a ADD. ¶Ale. Et hunc tex.no.all.bar.in l.antep.ff.de cond, & demonst. Parif. Circa materiam legis huius vide Comen.conf.87.incip, casus talis est, circa medium vsque ad fi.vbi tamen vult quòd operæ pupilli, si quæ sunt debeant compensari cum alimentis, & quòd illud habeat locum etiam in patrono, quia non præsumitur alere de suo, si pupillus habeat in bonis, &c, & alimenta in pupillo & quolibet alio præstanda sunt secundum facultatem & proportionem fructuum & qualitatem personæ. Vide Corse. in c. grandi, not. ibi secundum quod dicit de suppl.negl.præla. & ibi etiam dicit ꝙ taliter debeat præstari, vt aliquid semper in fine anni supersit, non vt omnia consumantur. Et de redditibus vide etiam quæ scripsi in l.qui bonis, ff.de cessi.bonorum.

b Alex. Adde bar.in l.j.ff.de cur.bon.dan.& clarius in d.l.2.quando & quib.pars debe.4.lib.10. & videtur velle per hunc tex. ꝙ tutor excusetur facere inuentarium, si inutile erit pupillo pandere secreta patrimonij, secundum ang.in l.si vacantia, de bo.vac.lib.10.& bar.in l.tutor qui repertorium, de admi, tu.

¶Arbitrium tutelæ. Rub.

LEX I.

a CVm tutelæ. aVerba enuntiatiua testatoris alteri, quàm hæredi non possunt esse damnosa.h.d.

a ADD. ¶Ale. De materia huius legis, vide late Pau.de cast.conf.369.

LEX II.

1 Pupillus in dubio præsumitur ali à tutore.
2 Pictura facta in loco præsumitur facta ad hærede qui eam facere tenebatur.
3 Facta, in quibus requiritur sumptus, præsumuntur facta per eum, qui debebat facere.

a Nomina. a In exigendis nominibus debitoris tutor de do-
1 lo, & lata culpa tenetur.h.d. † No.quòd in dubio pupillus præsumatur alitus à tutore. Contra.ad actionem consequendam non sufficit esse factum, nisi probetur à quo, vt l. 2. de cond.& demonst.& l.cum seruus.de ver.ob.& ibi per Dy. Sed re-
2 spondeo in his, † quæ aliquis tenetur facere, & non possunt fieri sine sumptu, factum in dubio præsumatur ab eo, qui tenebatur facere, vt hic. In his vero in quibus non requiruntur sumptus, procedunt contraria. Et per hoc dixi semel in quæstione de facto. Te-
3 stator † iniunxit quòd faceret hæres depingi quandam figuram in aliquo loco sub certa pœna, reperitur depicta, & non apparet per quem: Respondeo quòd in dubio præsumitur facta ab hærede, qui tenebatur facere.arg.huius l.in fi.

a ADD. ¶Pom. Vide Imo.conf.75.& Rom.413.in 7.dnb.vbi loquitur etiam in neg. gesto. & ibi ponit quid iuris quando tales haberent rem communem cum pupillo, Et ad declarationem huius l, & similium vide plene ang.conf.311.vbi plene ponit, quando alicui possit imputari, ꝙ non exegerit nomina debitorum.

LEX III.

Si curator. Minor potest eligere an petat emptum ex pecunia sua, an petat pecuniam.h.d.

LEX IIII.

Eum qui. Ex eo ꝙ minor consequitur à tutore, indiscrete à paterna hereditate abstinente, non potest à creditoribus conueniri.h.d.

LEX V.

Omnes tutores. Si plures habent vnam causam, omnes apud eundem iudicem sunt vocandi.h.d.

LEX VI.

Cum interdictæ. Est in electione minoris approbare venditionem indebitè factam, & pretium iustum à tutoribus petere, & potest prius conuenire tutorem vendentem & postea alios conuenire, nec est hoc à principe impetrandum, quia à iure communi conceditur.h.d. No.ꝙ prece frustra petitur, quod de iure communi conceditur, &c.

LEX VII.

Quicquid. In actione tutelæ, & vtili neg.gest.venit dolꝰ, lata culpa, & leuis. Habes hic vnam quæstionem, quam vide, quam habes hic, & habuisti š.de adm.tu.l.pupillorum. Et ibi etiam gl.hic tamen tractatur per Cy.

LEX VIII.

Tutores. Actio tutelæ non præscribitur longo tempore, hoc dicit.

LEX IX.

Tutorem. Actio tutelę cõpetit contra tutorem, nõ contra eum, cui tutor indẽnitatem promisit.h.d.

LEX

LEX X.

a **Si defunctus.** *a* Quæ tutor quæsiuit, in dubio ex bonis pupilli quæsiuisse non præsumitur.h.d.

a ADD.¶Ale.Ad istum tex.adde l.si creditores,in fi.de separ.bon.facit ad ea quæ dixi in l.diuus,de bonis dam.& vide per bald.in c.j.de contro, inter do. & vas. in vsib.feud.¶Pom.Vide ad istam l.si defunctus,all.per fel.in c.scribam,de præsum.& vide Are.cons.31.& ale.cons.82.vol.2.vbi dicit regulariter,q licèt aliquis administret bona alicuius,q tamen non præsumitur ex bonis eius acquisiuisse, & cons.13.in fi.vol.3.& 40.e.vol.vide etiam Præpo.in tit.de feu.guar. ¶Paris.S3 expone ẽt si probaretur ipsum tutorẽ à principio,quando cœpit administrare, nihil habuisse,etiam si emeret nomine pupilli, vide Com.cons.78.inci.casus talis est,post pr. tamen in hoc quod probetur ante fuisse pauperem, contrarium tenet latè Ro.cons.346.Vide quomodo debeant concordari quæ scripsi in l.2.s̃. pro soc.Contra tamen decisionem hic positam faciunt quæ dicit bar.post gl.in l.si vero,in pr.ff.qui sa.co.quod in dubio quis non præsumatur idoneus facultatibus,licèt alio modo præsumatur idoneus, & habilis. Item q dispositio huius l.habeat locum etiam in iudice,vide Ale.cons.552.Item regulam huius l. limita procedere post redditam rationem administrationis per tutorem , secus ante. Vide Are.cons.31.vbi all.Bal.ad hoc.Item pro ista regula vide Io. de Ana.consi. 65.in 2.dubio. Vbi sub dubio tamen dicit quòd forte non admittatur probatio in contrarium.

LEX XI.

Tutor. Continua administratio post finitam tutelam venit in actionem tutelæ.

LEX XIII.

a **Veteris iuris.** *a*Hæc est bona l. br̃ h.d. Confessio tutoris erronea circa patrimonium pupilli, sibi
b non præiudicat,nisi in inuentario scribi fecerit, *b* tunc etiam probatio in contrarium non admittitur.h.d.Not.hunc casum,quando tutor ponit in inuentario quod sibi præiudicat.

a ADD.¶Alex.Ad intellectum huius l.vide quod no.bal.in l.testium,s̃. de testi.& hoc est speciale fauore minoris,secundum bal.in pr.plus vale.quod agi. Dic tamen q si prætor vidit damnosam esse remissionem inuentarij,non sequetur voluntatem,vt in l.in confirmando,de confir.tu.& an inuentarium hæredis possit remitti per testatorem,vide latè per bal.in l.fi.§.cum igitur j̃.de iur.deli. ¶Adde ad hanc l.videndum bal.cons.273.lib.2.And.Sicul.cons.69.vo.2.Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de instr.editio.§.dicto,circa prin.Quo vero ad apostillam,vide ang.cons.175.¶Pom.Adde huic apost.ibi quod no.bal. & ita vult gl.hic cui adde gl.in l.conficiuntur,ff.de iu.codicil.à me ponderatam, circa quod vide bar. cons.238.Rom.cons.192.& Im.cons.75. ¶Paris.Dum dicitur in ista l.q inuentarium probat contra tutorem,vt non admittatur probatio in contrarium.Ia.de Are.&Alb.& bal.hic intelligunt procedere in rebus mobilib⁹,secus in immobilibus.Et sequitur bal.cons.85.vol.3.Contrarium tenet Sal.hic,&ita vult bar.consil.239.inc.proponitur q Acholus,in j. vol. de quo j̃. Item istam legem limitat Io.And.in add.Spe.in tit.de instr.edi.§.fi.in pr.Item in additione inci. Vbertus de Bobio,nisi esset error acerrimus,quia constaret defunctus prius alteri vendidisse,qui dicit ita velle Vbertum de Bobio in hac l.fi.& Io.And.refert simpliciter ale.in apost.ad bal.in hac lege.Et bene facit pro hoc,quia ideo non potest probari contrarium in casu huius l.oritur præsumptio iuris & de iure.Sed contra talem præsumptionem admittitur probatio per notata per fel.in c.quanto, de præsum.Habes in aut.sed iam necesse,ad bar.C.de don.ante nup.per instrumentum autem fit notorium,vt per bar.& alios in l.j.§.item solent,de of.pręf. vrb.dicit q non iuuat protestatio tutoris.Contrarium vult Odofr.hic in fi.Sed bal.hic tenet idem quod bar.Vide ale.in apostil.ad bar.hic.Sed bal.in d.§. item solent,aliter loquitur.Et si possidet rem alienam iam ipse teneatur pupillo consignare rem,vide bar.de quo s̃.& bal.in d.cons.& hic bal.& ale.post Ia. de Are. & Sal.hic.

b Paris. Vide & declara vt per bar.in cons.238.inc.proponitur, in j.vol.& amplia vt per bar.in l.j.item solent,in fi.ff.de of.præf.vrb.

§.Illo etiam. Tutor non potest administrare, nisi facto inuentario sibi decernatur administratio,
a nisi per testatorem fuerit remissum, *a* & tutor qui non fecit inuentarium remouetur vt suspectus. De quo dic vt l.si tutor, ff.de suspec.tut.h.d.

a ADD.¶Paris.Pro limitatione huius l.q possit remitti confectio inuentarij,vide omnino ang.cons.137.inc.reuocatur in dubium,ad fi.Item.no. q licèt in præiudicium legatariorum possit testator remittere, non potest tamen remittere in præiudicium creditorum.Vide ale.cons.182.ad fi.in 2.vol. Item de hac materia an possit remitti confectio inuentarij,vide Ale.cons.62.in pr.in 4.vol.Are.consil.22.per bar.& alios in l.nemo potest,de leg.j. vbi concludit q licet possit remitti,si tamen iudici videatur vtile filiis non seruare talem remissionem faciat inuentarium conficere. Et sequitur Are.in d.cons.22. & ale.in d.cons. 62. Et ad bar.in l.in confirmando,ff.de cfir.tu.ponit alia circa cfectionem inuentarij,habes in l.fi.C.de iur.deli. ad bar. & quod licèt possit remitti confectio inuentarij tutori,secus tamen sit in vxore vsufructuaria.Et quod nõ attendatur talis remissio quando aliqua causa subesset, & quid in hærede,vide Ias.in l.cum necessitatem,C.de fideic..Ale.cons.40.in 2.vol.vide bal.in repetitione huius l.fin.qui vult inter alia qđ quando testator nedum remisit,sed expresse prohibuit confectionem inuentarij,tunc non possit recedi ab eius voluntate. De quo vide late do.Io. de Monte Ferrato in l.nemo potest, vbi etiam declarat, an & ex qua causa discedatur à voluntate testatoris.

¶De diuidenda tutela,& pro qua parte quilibet tutor,&c. Rub.

LEX I.

Si post. Tutor non tenetur ex facto contutoris idonei tempore finitæ tutelæ.h.d.

LEX II.

Si diuisio. Administratione non diuisa,vel diuisa à seipsis, quilibet tenetur isolidum. Ea diuisa à testatore,
a vel à iudice,*a*quilibet tenetur pro parte sua,nisi in casibus hic expressis.hoc dicit.Materiam istam plenè examinaui s̃. de transf.l. i. & ibi dixi.

a ADD.¶Paris.Vide ang.cons.21.inc.fer.Ioan.

LEX III.

Licet tutorem. Prius conueniendus est gerens,quam is,qui non gessit.h.d.

¶De in litem iurando. Rub.

LEX I.

Aduersus. Aduersus hæredes tutoris iuratur in litem ob dolum suum tantum. Item ob dolum tutoris verum,non præsumptum,nisi cum tutore lis fuerit contestata. h. d.totus titulus.

¶De hæredibus tutorum. Rub.

LEX I.

Hæredes. Tutoris herędes tenentur de dolo & lata culpa, etiam non gerentis,vel à se non exigentis, & de dolo suo proprio,h.d.totus titulus.

¶Si tutor,vel cur.non gesserit. Rub.

LEX I.

1 *Accusatus,& damnatus,an sit infamis,& quid de inquisito.*

a **Certum est.** *a*Tenetur gerens,si ei potest negligentia imputari , cur contutorem non fecit, & libertus non potest patronum accusare, sed iudicis officium implorare.h.d.Per istam l.dicunt gl.nostræ,q licèt accusatus & damnatus
1 sit infamis, † tamen inquisitus condemnatus non est infamis per hanc legem,vbi vides q libertus non potest accusare,quia patronus infamaretur,tamen potest implorare q iudex inquirat. Et sic patet q non infamat.Ita dicit gl.in l.3.§.præterea. ff. de suspe.tut. Tetigit gl.s̃.de suspe.tut. l.fi. quod dic vt dixi in l.infamem. ff.de publ.iud.facit quod no.in l.j.s̃.de mo.mulcta.

a ADD.¶Ale.De materia huius l.vide bar.in l.j.s̃.de trans.vbi hanc l.all.

¶De vsuris pupillaribus. Rub.

LEX I.



Tutorem. Qui pecuniam pupilli in suos vsus conuertit ad vsuras tenetur.h.d.

LEX II.

Eius. In actione tutelæ etiam pro eo quod quis debet pro cõtutore veniunt vsuræ.

LEX III.

a **Si pecuniam pupillarem.** *a* Si tutori pupillari culpa,non potest imputari culpa,non debentur vsuræ pecuniæ.h.d.

a ADD.¶Ale.Vide late Ro.cons.139.

LEX IIII.

Pupillus. Hæc est bona lex,& legitur duobus modis. Et secundum vnam lectu. breuiter notabiliter dicit. Reus non potest petere,vt super suis defensionibus testes ad perpetuam rei memoriam examinentur.h.d.secundum aliam lectu. breuiter hoc intendit. Actor non potest cogi agere , sed ex causa potest sibi statui tempus intra quod agat, vt postea non audiatur. h.d.Not.secundum primam lect.& non exeat de mente tua, q ex parte tutoris,vel actoris non potest peti,vt examinentur testes ad perpetuã rei memoriam , nisi cũ dubitatur de morte testium, vel eorum absentia diuturna,vt l.in l. Aquilia si deletum.ff.ad l. Aqu. & est tex.extra,vt lit.non contest.c.quoniam frequenter.Ex parte vero rei,quia non est in eius potestate quando agat,potest petere vt examinẽtur testes ad æternam rei memoriam quãdocunque.Hic est casus hic,& s̃.de test.auth.sed & si quis.& ibi plenius dicam.

De fide

¶De fideiussoribus tutorum, seu curat. Rub.

LEX I.

Ligere. Simul & semel non potest agi cōtra plures insolidum. h. d. hæc no. l. Vide gl. sup verbo, agi, quam no. quæ dicit agi ita ꝙ exigatur: quia per hoc dico, ꝙ si daretur libellus contra duos reos insolidum protestando ꝙ vna exactio sufficiat, ꝙ iste libellus valde bene procedat, quia non est meæ intentionis exigere insolidum à duobus. Et ita tenet gl. ff. mand. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. Pro quo facit ff. de ver. ob. l. in executione. §. insolidum. & j. de duobus reis. auth. hoc ita.

LEX II.

Non est. Solū. tutoris liberat fideiussorem. Et si principalis soluit partem, fideiussor ī residuo potest cōueniri.

¶De contrario iudicio tutelæ. Rub.

LEX I.

Si procontutore. Post solutionem nō potest peti cessio, nisi iō fuerit solutū, vt cedatur.

LEX II.

Si non ex propria. Quando quis non ex propria culpa damnatur, contra contutorem habet beneficium cessionis, & vtilis actionis.

LEX III.

Si pater. Successio non confundit actionem, nisi pro ea parte pro qua succeditur. No. ꝙ potest quis esse tutor sui priuigni. Simile habes ff. de ado. l. nonnunquam. Et vide l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confessis. & l. 2. §. quod obseruari. s. de iura. calum. vbi habuistis bonam gl. & no. hanc l. tu, qui sedes ad banchum maleficiorum.

¶De autoritate præstanda. Rub.

LEX V.

Veterem. Si sunt plures tutores, in quolibet actu vni⁹ autoritas sufficit, nisi in eo, per quem finitur tutela. h. d. no. hunc tex. vnde sumitur regula iuris, quod oēs tāgit, &c.

¶Quando tu. vel cur. esse desinat. Rub.

LEX I.

Si curatores. Tunc finitur officium adiuncti quando finitur officium eius cui adiungitur. h. d. no. bene istum casum. Facit ad hoc ff. de tut. l. solent. & quod habuistis no. per gl. in l. neque. s. de procur. h. d.

LEX II.

Tutoris. Voluntate pupilli non finitur tutela. h. d.

LEX III.

Indecoram. Aetate, non aspectu corporis, finitur tutela. hoc dicit.

¶De actore, & tutore, seu curatore. Rub.

LEX VNICA.

Si sui iuris. Tutor potest administrare tutelam per actorē, non per procuratorem. h. d. De hoc dic vt habuistis s. de procur. l. neque, &c.

¶De excusationib. tut. & cur. & temporibus earum. Rub.

LEX I.

a Falsa. aSpado non excusatur à tutela. h. d.

a ADD. ¶Ale. Aduerte ad materiam huius tituli in practica, quia sæpe multos vidi errare, quia quando vis te excusare, debes facere dare tutorem pupillo, vel adulto, q in hac causa excusationis eum defendat, inst. de aut. tu. §. si aliàs, quāquam sententia lata sic contra indefensos, non teneret ipso iure, l. contra pupillum, & l. acta, §. fi. de re iud. Hoc est quod no. sentit gl. in l. j. j. ti. j. seruatis temporibus, de quibus in l. plane, ff. eo. et inst. eo. tit. et hoc sequitur Mat. in no. 114. et adde tex. in l. cum in vna, §. 1. de app.

LEX II.

Si curatores. Curator generaliter datus tenetur etiam de bonis, quæ sunt extra prouinciam, nisi de his fuerit excusatus. h. d. Op. ꝙ quis non possit dare curatorem bonis, quæ sunt extra prouinciam suam, vt l. pupillo. ff. de tu. & cura. da. ab his. Huius timore dicit gl. intellige ꝙ hic fuit datus à principe, vel ab alio eius mandato, & sic fuit datus ab eo, qui habet iurisdictionem in prouincia. Tu potes dicere, forte & meli⁹: sufficit ꝙ quis habeat iurisdictionem in personam adulti, sicut dicimus de tutore, ꝙ sufficiat ꝙ iudex habeat iurisdictionem in personam pupilli, vt possit dare tutorem, & curatorem pupillo, cuius administratio porrigitur ad omnia bona etiam alterius prouinciæ, vt habuistis no. s. vbi pe. tu. l. j. & ff. de tu. & cur. da. ab his. l. j. §. fi.

LEX III.

Excusationis. Si ingenuus detur tutor liberto, potest excusari. Item sententiæ, qua excusatio reprobatur, debet acquiesci, nisi fuerit appellatum.

LEX IIII.

Amplissimi. Si aliquis creatur curator vxori, ignorans debet excusari, vt in pœnam senatus non incidat. h. d.

LEX V.

Libertos. Liberti à tutela, vel cura, filiorum patroni nullā habent excusationem.

LEX VI.

1 *Respublica an habeatur loco pupilli.*
2 *Tempus excusationis est duplex.*
3 *Tempus anni, quod datur executoribus iuxta episcopi constitutionem, intelligitur à die scientiæ.*

a Quinquaginta. Temp⁹ excusationis currit à tempore scientiæ, a & iniuriosa sententia nocet, nisi fuerit prouocatum. h. d. Vide gl. in l. præcedenti, super verbo, administrauerunt. item no. hanc gl. in eo quod dicit, no. arg. ꝙ clericus qui habet beneficium, &c. siue in eo quod dicit gl. & ipsa
1 loco pupilli. Et sic videtur dicere † ꝙ Respublica habetur loco pupilli, lȝ dixerim in l. respublica. s. ex quib. cau. ma. ꝙ habetur loco
2 minoris, & dic vt ibi dixi vobis. & adde istam. † Item op. de l. quinquaginta. ff. e. sol. duplex est tempus. Quoddam est tempus, quod datur ad proponendum excusationem, & istud currit à tempore scientiæ, vt hic. Quoddam, quod datur ad prosequendum, & istud à tempore nominationis, vt l. contraria. Contra hoc opp. gl. quia secundum hoc possibile erit, ꝙ primo curreret tempus ad prosequendum, quàm tempus ad proponendum. Quare dicit gl. subaudiendum est, in l. contra. ad proponendum à die nominationis,
3 scilicet & scientiæ. † vide gl. quam no. propter constitutiones episcoporum, b qui dicunt ꝙ fideic. & executores teneantur exequi intra annum à die mortis testatoris, debet intelligi, & subaudiri, & scientiæ. vnde si ignorant, non currit tempus anni. per hanc gloss. quod bene no. h. d.

a ADD. ¶Ale. Dic tamen ꝙ illi qui sunt ipso iure exempti, et excusati non tenētur comparere ad sui excusationem, l. generaliter, et hoc ibi no. bal. s. de epi. et cle.

b Ale. Dixi post bar. in l. fi. ff. si quis test. lib. ius. fue. vide bal. in l. captatorias, ad fi. j. de test. mil. et bal. in l. genero, ff. de inf. et bal. in l. id quod pauperibus, s. de epis. et cle. et in l. j. j. de test. et no. ꝙ qui non potest inuenire fideiussorem excusatur à tutela, l. si quis, in §. Imperator, de excu. tu. & l. fi. de suspe. tut. ita no. dicit bal. in l. fi. s. quod cum eo, & per consequens non sufficit iuratoria cautio. Adde an executoribus ignorantibus, currat tempus, bar. cons. 142. ang. cons. 144. abb. consil. 110. bal. cons. 371. lib. 1. Ro. cons. 228.

LEX VII.

Neque à tutela. Debitum vel creditum, non est causa excusationis tutelæ. Tamen hoc corrigitur per auth. minoris. s. qui da. tu. pos. h. d.

LEX VIII.

Coloni. Coloni fisci non habent excusationem à munerib.

LEX IX.

Frater. Monoculus non excusatur à tutela, vel cura. h. d.

LEX X.

Exactores. Exactor tributorum durante tempore exactionis à tutela, vel cura excusatur. h. d.

LEX XI.

Testamento. Tutor testamentarius adstringitur ad gerenda bona extra prouinciam cōstituta, nisi ob hoc se excusauerit: poterit tamen ex causa curator sibi adiungi. h. d.

LEX XII.

a Voluntariæ. aIsta est not. l. & fuit repetita vltra montes. Cy. hic ponit repetitionem Pet. Bī h. d. per vnum actum contrarium non perdit quis priuilegium ī aliis. h. d.

a ADD. ¶ Alex. Per vnum actum contrarium non perdit quis priuilegium. Adde bar. in l. fi. de const. pr. tamen si quis se immisceat administrationi, perdit priuilegium administrationis tutelæ, l. 2. j. tit. j. adde bald. cons. 95. lib. j. d. Card. cons. 133. Paris. Voluntariæ. Vide Ale. cons. 396. circa fi.

LEX XIII.

Nec senatorum. Liberti non habent excusationem à tutela, ideo quia gerunt negotia patro

patronorum,nisi in vno liberto senatorum negotia gerente.h.d.

LEX XIIII.

a **Seueriter.** aQui nominat aliquem ad iniuriam,vt eum redimi faciat,criminaliter punietur:qui nominat vt vexet,ad expensas ciuiliter tenetur.h.d.

a ADD.¶Pom.Vide ad istam pulchre per Barb.conf.47.vol.j.

LEX XV.

Quanquam. Licèt illud,super quo principaliter litigatur intereat,tamen lis debet propter accessoria terminari.h.d.

LEX XVI.

Si vt allegas. Propter litem maioris partis bonorum,potest quis à tutela excusari.h.d.

LEX XVII.

Licèt orationis. Si aliquis datur curator vxori,potest & debet excusari.h.d.

LEX XVIII.

Tutores. A creatione tutelæ,vel curæ non appellatur,ſ; excusatio proponitur.Item debitum vxoris virum à tutela non excusat.h.d. summarium prædictum procedit prout habes in tex.tuæ.Si habes in tex.suæ.debes dicere in secunda parte summarij,& inopia pupilli non excusat tutorem.h.d.

LEX XIX.

Inusitatam. Debitum à matre pupilli,tutori eius nõ præstat excusationem.h.d.

LEX XX.

Curator. Si creatur curator,qui prius fuit tutor,iuste excusatur.h.d.

LEX XXI.

Quod res. Cõmunio rerum non præstat excusationem à tutela,vt dixi in aut.minoris §.q da.tut.pos.

LEX XXII.

Si tutor. Ad tutorem excusatum non pertinet periculum. hoc dicit.

LEX XXIII.

Humanitatis. Propter magnam litem cum sorore tutoris,potest tutor excusari.h.d.

LEX XXV.

Viros. Consiliarij Principis excusantur à tutela,vel cur.h.d.

¶Si tut.vel cur.falsis all.excusatus sit. Rub.

LEX I.

Si absentibus. Excusatio cõcessa ob falsas allegationes, tutorem non releuat.h.d.No.q; est speciale in minore,q; sententia lata ex falsis allegationibus est nulla aipso iure.In aliis rescinditur per restitutionem,vt vidistis j.si ex fals. instrum.quasi per omnes illas leges.

a ADD.¶Ale.Fallit ĩ sententia lata pro l.bertate,quia illa valet l.si duo,ff.de dol. sed quid si lata sententia sit aduersus ecclesiam,dixi in l.respub.& ex quib.cau. ma.& no.d.abb.in c.licet,de prob.& vide Imo.in l.si is ad quem,de acq.hæ.& eundem in c.cum Bertoldus,in vers.4.casus,de re iud.

LEX II.

Tutores. Post ceptam administrationem,frustra proponitur excusatio.h.d.

LEX III.

Si vt proponis. Ista lex dicit idem quod prima, excusatio habita ambitione non prodest.

¶Si tutor vel cur.reipu.cau.abe. Rub.

LEX I.

Qui tutores. Qui abest causa reipu. excusatur à tutela, & non postea.h.d.

¶De excusationibus veteranorum. Rub.

LEX I.

Qui. Veterani excusantur à tutela, nisi filiorum commilitonum,seu conueteranorum.h.d.

¶Qui numero liberorum. Rub.

LEX I.

Qui ad tutelam. Numerus liberorum secundum diuersitatem locorum à tutela excusat,& filij defuncti non computantur in numero.h.d.

¶Qui ætate se excusant. Rub.

LEX VNICA.

Pater. Aetas septuaginta annorum excusat à tutela.h.d.

¶Qui numero tutelarum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Testis vnus cum fama an plene probet.*

Si tres. Tria onera tutelarum non affectata, præstant excusationem ab his, & in his, quæ sunt diuersi generis. &

1 quæ non prosunt singula multa iuuant.h.d.†Not. hunc tex. & signa ibi, sed imperfectæ, &c. qui facit ad multa, maximè si habeo testem vnum & famam, q; non sit plena probatio. & similia. Dicam tibi forte in l.in bonæfidei.§.de iureiur.& ff.cod.l.admonendi.dante Deo.

a ¶De curatore furiosi avel prodigi. Rub.

a ADD. ¶Parif. In donatione curatoris furiosi,quorum citatio requiratur,& an possit dari sine requisitione,vide Ale.conf.228.Fulg.conf.80.

LEX I.

Curatores. Causa accidentalis inspicitur, demum causa naturali finita.h.d.

LEX II.

a **Orationis.** aQuod constitutum est in prohibendis alienationibus rerum minorum, extenditur ad res

b furiosorum.h.d.No.hanc l.b q; leges loquentes de minoribus, & eorum fauore,extenduntur ad furiosos,& mente captos.h.d.

a ADD. ¶Parif.Sed in surdo,& mente capto,verum semper egeant curatore,vide bar.in l.cui eorum, §.fi.ff. de postu.&ibi dixi quid in mente capto & furioso.Ex opposito ex hac l.limita gl.no.q; priuilegia competentia pupillo, extenduntur ad furiosum,& prodigum,cui bonis est interdictum, & al.bi non reperitur.Simile in priuilegiis,tamen potest induci pro simili id quod no.in l.marcellus.de fideiuf.& l.interdum,in fi.gl.magnæ,de cond.ind.& ita dicit bal.in c. 2.de beneficio fratris,& istam gl.etiam sequitur bal.in l.iubemus, in 2.q.de sacrof.eccl.& ideo per hanc gl.dicit bal.in l.fi.circa pr.s̃.in quib.cau.in integ.restit.q; beneficium illius l.videlicet,q; in minoribus non currit præscriptio, extenditur ad furiosos & prodigos,& hoc expressè tenet glo.& bal.hic, & adde bal.in l.2.§.fi à pupillo,in fi.& ibi est tex.ff. pro emp.& bal.in l.infantis, in 4.q. j.qui admit.& ibi dixi, q; restituitur in integ sicut minor, de quo per bal. in l. Marcellus,& adde hic l.qui neque,& ibi bal.de reb.eor. vbi etiam de prodigo probatur,& idem tenet bar.& Imo.ibi in pr.vbi dicit hanc gl.sing.

b Pom. Vide bar.conf.42.vol.j.& anch.5. vbi per no.hic, dicit q; sicut pupillis & minoribus non currit præscriptio durante pupillari ætate & minori, ita etiam non currit furiosis durante furore.

LEX III.

Si pater. Filij possunt repetere patribus mente captis curatorem,qui habebit legitimam administrationem. hoc intendit in summa.

LEX IIII.

Cum repudiante. Mater filiæ furiosæ concedere curatorem non potest.h.d.

LEX V.

Ne lucrum. Emancipatus potest esse curator legitimus fratris sui.h.d.

LEX VI.

Cum aliis. Hæc est bona lex,& bonus casus.Curator furiosi cessat ab administratione tempore dilucidi interualli, eam reassumit reuertente furore.hoc dicit. Tene menti hanc l.no.ad multa.

LEX VII.

a **Cum furiosus.** a Pater est legitimus administrator filij furiosi.h.d.

a ADD.¶Pom.Filio ergo famil.non datur curator, quod intellige quando datur personæ, sed vbi daretur rebus, vel ad certum actum, tunc bene potest constitui.ita dicit gloss.in ver.hæreditati,in l.fi.§.finautem,2.j.de bo.quæ lib. de qua Ale.conf.59.vol.2.

Parif.Circa regulam huius l.q; null9 amor vincit paternum,vide Ale.conf.441.

§.Si autem parentes. Pater potest furiosum instituere, & ei exemplariè substituere, & furioso 1 filio suo quæritur paterna hæreditas, non extraneorum, sed debet per procuratorem peti bo.pos.h.d. vide gl.super verbo.antiqua.Not.q; per bon.pos.contra tab.per solam agni

agnitionem irritatur teſtamentum, ſicut per ſolam agnitionem
habetur bo.poſ.non tamen requiritur ſolennitas propria & debi
ta in querela.dixi tibi ĩ.quorum bo.l.j.

1 *Si eſt datus curator furioſo,ſine præſentia Epiſcopi valeat datio.*
2 *Lex iſta an ſit de quinquaginta deciſionibus compilatis poſt inſtitutiones.*
3 *Conſuetudo non approbauit hanc l.nec l.de creationibus.*

§.Sed cum antiquitas. Curator furioſi teſtamentarius non debet ſatiſdare,
ſed debet ſolenniter iurare,& inuentarium conficere.Curator ve
rò legitimus, vel datiuus tenetur ſatiſdare, ſi non eſt idoneus fa-
1 cultatibus.Item datiuus eſt dar dus forma tradita hac l.h.d.†Iam
conſului,datus fuit curator furioſo ſine præſentia epiſcopi,& pri
matum,an valeat.Bſ determinaui ꝙ valeat,vt inſt.de cu.§.furioſi.
vbi ſoli præſidi permittit. & liber Inſtitutionum fuit factus poſt
2 Codicem, vt patet in proœ.inſt.†Et ſi dicis mihi, hic text.& l.de
creationibus,s̃.de epiſ.aud.fuit in illis quinquaginta deciſionib⁹,
quæ fuærunt additę huic libro poſt compilationem inſt.de quib.
fit mentio s̃.de emen.Iuſti.Co.nego tibi iſtam,probes ſi poteſt,ſi
non probabis,ſuccumbes.arg.eius quod no.in l.eum actum.in fi.
3 ff.de ne.ge.†Præterea conſuetudo illas ll. non approbauit in hoc
quod hic dicitur de præſentia epiſcopi,& primatum,ergo,&c. vt
extra.de treu.& pa.c.2.

§.Tali itaque. Hæreditas furioſo delata poteſt per curatorem agnoſci,vt ſi furioſus ad ſanā mentem peruenerit,poſſit ſibi eam retinere,ſiue reſpuere.Et ſi in furore deceſſerit,ad hæredes furioſi nō tranſit,ſed legata,& fideicom. ſine dubio acquiruntu r & tranſmittuntur.

§.Sin autem. Curatore defuncto, alius eſt creandus forma,& ordine antedictis.

¶De prædiis & aliis rebus minor.ſine decreto non alienandis. Rub.

LEX I.

a Venditio. *a*Prohibitio alienationis rerum minorum non extenditur ad alienationem neceſſariam.h.d.

a ADD.¶Ale.No.perpetuo,ꝙ in rebus,quæ non poſſunt ſine decreto alienari,nō ſufficit habere licentiam à iudice,niſi iudex declaret cauſam quare alienet, gl. eſt no.in l.2.ĩ.ti.j.videtur probari in l.lex,quæ tutores,ibi,probationum cauſæ, s̃.eo.de admi.tu.& ĩ.eo.l.minorum,& vide bal.in l.fi.ĩ.eo.

LEX II.

Non eſt vobis. Quod ipſo iure non tenet, non poteſt reſcindi per reſtitutionem, Secus ſi tenet,& pupillus decipiatur.h.d.

LEX III.

Cum emancipatis. Etiam pater curator,nō p̄t bōa filiorum alienare ſine decreto.

LEX IIII.

Non ſolùm. Nullo tit.poſſunt immobilia minoris alienari ſine decreto, & minor reuocās, debet reddere quod accepit.

LEX V.

Et ſi præſes. Decretum interpoſitum ex falſa cauſa, nullius eſt momenti.

LEX VI.

a Minorum. *a* Non ſufficit cauſam allegari per libellum, ſed debet coram iudice perfectè probari.

a ADD.¶Clau.Vnum nota circa hanc l.ꝙ ſi iudex daret curatorē minori ad alienandum,& ſtatim,puta eodem die interponeret decretum alienationi cum authoritate illius curatoris,nihil valeret,quia ex breuitate temporis apparet nō interueniſſe cauſæ cognitionē,bar.l.prolatam,& l.ex ſtipulatione,C.de ſen.ita conſuluit Pe.de anch.conſ.72.inc.viſis & diligenter,ſequitur ale.conſ.220.inci. viſis verbis teſtamēti,vo.2.Iaſ.l.2.ff.de of.ei⁹,Pa.de caſt.conſ.91.inc.ſuper eo q̃d quæritur, ꝙ ſi maritus in inſtrumento atteſtaretur ꝙ iudex cum cauſæ cognitione decretum interpoſuit, non ſufficit:quia cauſæ cognitio non potuit tunc interuenire,& ſic ſuccedit doctrina bar.in aut.ſi quis in aliquo,s̃.de eden. imo plus dicit ibid.ꝙ etiam iudici non creditur,per reg.l.& ſi forte,de conſtit.pec. dicit ergo ꝙ neceſſe eſt fieri duo inſtrumenta,vnum de cauſæ cognitione,aliud de decreti interpoſitione.Pro quo facit quod not.bar. quoad inſtrumentum in l.j.C.de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſc.li.x.Sed contra ſecundum,ſ.de decreto,facit gl. ibi,& contra eum videtur bal.in l.fi.ĩ.eod.faciunt quæ de decreto ſcripta ſunt poſt bar.in l.j.C.de præd.decur.li.x.Sed poſſet dici dictum Pauli habere locum in minorib.magiſtratib. pro quib. non præſumuntur omnia ita ſolenniter acta. vt no.bal.in l.tutores,ff.de confir.tut.poſt Azon.in ſumma,de tutorib.& curat, qui ſatis non ded.Ad hoc tamen vide quod no.Ale.in l.ſciendum,ff.de ver.obl. vbi facit mentionem de illo conſ.Paul.quod conſilium ſequitur fel.in c.eccleſia S.M.de conſt.Item ad conſ.anch.72. facit quod ponit fely.in c.paſtoralis, in pr. de reſc. vbi dicit ꝙ quando eodem die fiunt duo inſtrumenta, nec apparet de hora,præſumitur ꝙ incontinenti vnum poſt aliud ſunt facta,ſi in eodem loco,& coram eiſdem teſtibus.

LEX VII.

1 *Actiones iudicantur inter mobilia, & immobilia reſpectu illius quod venit in obligatione.*

Si ad reſoluendam. Sicut minor non poteſt aliena
a re immobilia,ita nec obligare a
de alienando.h.d.ſecundum lect.gl.bonam & veram. Secundum
1 hoc habes hic caſum clarum†ꝙ actiones iudicantur inter mobi-
lia ſeu immobilia reſpectu illius quod in obligatione venit, & in
ipſa actione, vt hic vides tex. quia minor non poteſt alienare, ita
nec promittere aliquid immobile.De hoc vidiſtis s̃.ſi aduer. tran
ſa.l.1,& l.2.& l.iubemus.§.1.s̃.de ſacr.eccl.

a ADD.¶Ale.Vnum tamen no.ꝙ bal.in l.de fideic.s̃.de tranſ.d̃t ꝙ minor 25.an.poteſt remittere ſpem , quam habet ad immobilia ſine decreto iudicis per illum tex.quod dicit alibi non reperiri clariorem,facit l.ſi pater,s̃.quando mu.of.tu. & hunc tex.no.all.bal.in l.præſes,s̃.de tranſ. ꝙ ſicut in contractu requiritur decretum,ita etiam in diſtractu,quod no.& etiam dicit ꝙ in feudo compromiſſo requiritur interpoſitio decreti,ſi ſit de re immobili,adde tamen ꝙ in obligatione bonorum pupilli, quam tutor præſtat pro cautione litis de iudicio ſiſti vel iudicatum ſolui non requiritur decretum iudicis in minore.

LEX VIII.

1 *Bona immobilia minoris non alienantur etiam ex cauſa dotis ſine decreto.*

Prædia. Ex cauſa donationis propter nuptias, immobilia
1 non poſſunt alienari ſine decreto.h.d.†Not. ergo
ꝙ ex cā dotis, vel donōis pp nuptias,immobilia ſine decreto nō
poſſunt alienari.Vidiſtis in l.lex quæ tutores.s̃.de admi.tut.h.d.

LEX IX.

Et ſi is quem. Licèt alienatio ſit prohibita fauore minoris, alij tamen poſſunt obligari,& eorum res obligare.h.d.Op.ſi non valet principale,non valet acceſſoriū, vt s̃.de legi.l.non dubium.ſol.ibi dixi.& plenius dixi in l.cum lex. ff.de fideiuſ.

LEX X.

1 *Minor qui vendicat alienata,quando,& quid habeat probare.*

a Prædiorum. *a*Minor vendicans iura alienata,tenetur re
ſtituere pretium,quatenus probatur in ei⁹
1 vtilitatem conuerſum.h.d.Videtur ergo†ꝙ iſte qui vult conſe-
qui pretium, debeat probare in pupilli vtilitatem eſſe cōuerſum.
Sed contra imò minor debet probare ſe pecuniam perdidiſſe, &
ſe læſum eſſe.vt l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.ſol.gl.val
de no.Quandoque contractus eſt nullus,& tunc aduerſarius mi-
noris debet probare ipſum eſſe locupletatum. Hic eſt caſus hic.
Qn̄q; eſt ꝯctus aliquis,ſed petitur reſcindi,tunc ipſe minor proba
re debet.Hic eſt caſus in l.contra.Fallit in fœneratore,vt l.j.s̃.ſi ad
uer.cre.& ibi plenius dixi: ratio eſt,quia vnuſquiſque debet pro-
bare cauſam,ſeu id quod eſt cauſa ſuæ intentionis,vt ibi dixi.

a ADD.¶Ale.Vide quod no.bar.in l.ſi cum dotem.§.j.ſo.ma,hic contra.

LEX XI.

1 *Si minor agit ad alienata,quando per reſtitutionem,& quando alia actione ipſi ſuccurratur.*

a Si quidem. *a*Hæc eſt no.l.Si alienatio eſt nulla, non eſt ne
ceſſaria reſtitutio,aliàs poteſt per reſtitutionē
1 reſcindi.h.d.Tene menti,quia iam feci de facto.†Quæro ad quid
dabitur reſtitutio?Videte domini,reſtitutio illud reddit quod ab-
ſtulit læſio,vt l.j.ff.de min.& l.quod ſi minor.§.reſtō.eo.tit.Nunc
ad propoſitum qn̄ minor eſt deceptus in eo quod vendidit, quia
non expediebat ſibi vendere, tunc reſtituitur aduerſus venditio-
nem,vt reſcindatur venditio,vt ipſe habeat rem,ſicut ſi non eſſet
facta venditio, per tit. s̃.ſi aduer.ven. Quandoque eſt læſus in eo
quod malè vendidit,quia bene expediebat ſibi bene vendere,ſed
debebat vendere pretio cariori,tunc reſtituitur in integrū, vt pre
tium ſuppleatur,non vt venditio reſcindatur.Item poteſt probari
hic,& probatur in l.ſi res.§.1.ff. de iure do. Qn̄q; minor eſt læſus
non in eo quod vendidit,nec in eo quod malè vendidit,ſed in eo
quod pecuniam acceptam conſumpſit,tunc reſtituetur aduerſus
ſolutionem per tit. ſi aduer. ven. Et per hoc habes quomodo de-
b bes formare libellum *b* & poſitiones, & ad quid petas reſtitui, vt
ex prædictis colligitur ſatis bene.

a ADD. ¶Ale. Decretum iudicis non impeditur reſtitutione.Fallit,ſi in decreto eſſet taxata æſtimatio rei venditæ,ſecundum glo.not.& ibi bar.in l.prætor ait, ver.permittitur,de min.

b No.practicam reſcindendi venditionem factam à minore.Et adde bar.in l.ſi ſine hærede §.interpoſito,ff.de admi.tu.Sed bal.hic contra.

LEX XII.

1 *Dictio taxatiua poſita in lege,extenditur ad alios caſus ſimiles virtute aliarum legum.*
2 *Immobilia minoris ob famem cum decreto alienantur.*

Ob æs alienum. Ob æs alienum, vel ſimilem cauſam
poſſunt immobilia cum decreto alie
1 nari.h.d.Op.s̃.e.l.prædia.Sol.quod hic dicit,ob ęs alienum tantū,
a & ſubaudias vel ſimilem cauſam.†No.ergo ꝙ licèt *a* in l.ſit dictio
taxatiua

a ADD.¶Pom.De iſta materia vide aliqua per Iaſ.in l.ſi mora.ff.ſol.mat.& latius Fel.in c.paſtora.ext.de reſcr.& vide anch.in c.canonum ſtatu.col.64.de conſti.

a taxatiua,*a* tamen extéditur ad alios casus similes, virtute aliarum legum. Facit quod habuistis in l. illud §. de sacrosf. ecc. in l. serui no
b mine. ff. de vsuc. de re. iu. l. contractus. No. vlt. gl.[b] quæ est hic, quę enumerat casus, ex quibus potest alienari: quam vide & ibi no.
2 †Item ob famem, &c. similes casus habes, quos Glo. ponit hic. quam vide, & no. &c.

a ADD. ¶Alex. No. de dictione taxatiua, vide Bal. in l. cum quo, §. pe. ad l. fal. & latius in l. si constante, sol. mat. & est tex. cum gl. in l. fi. C. de pact. pro quo etiam Bar. in l. j. in pr. si quis ius dicen. non obtem. & Dy. in regula, in arg. lib. 6. vide tamen Bal. in l. j. de interdict. &c. Ex opposito no. gl. quæ voluit ꝙ fundus sterilis non potest alienari, ecclesia tamen hoc posset. Sed alia gl. tenuit contrarium, videlicet quòd idem esset in minore, vt est gl. in l. mandatum, §. si tutores, ff. de off. eius cui man. est iurisd. & ibi per doct. & Bar. in l. 2. ǰ. de agr. & censi. lib. 11. ad de gl. & ibi Bar. in l. cum hi, §. cum transact. ff. de transac. & quod habetur in l. fi. §. si autem, C. de bo. quæ libe. adde de taxatiua Pau. de Cast. consi. 298. Oldr. consi. 254.

b Claud. Et not. ex ista glos. quòd dos, & alimenta æquiparantur, vide Bar. in auth. res quæ, ǰ. commu. de leg. Cy. post gl. in l. non omni, §. de admi. tuto. & Bar. & Imo. in l. Mæuius, §. duobus, 4. q. de leg. 2. per Bar. & quod ibi dixi in l. fin. de his quib. vt indig.

LEX XIII.

Etiam. Prædium emphyteuticum non potest alienari sine decreto.

LEX XIIII.

Vetere. Minor vendicans alienata iniustè, doli exceptione repellitur, nisi pretium in eius vtilitatem conuersum restituat. h. d.

LEX XV.

Si minor. Non possunt pro alio debito immobilia in solutum dari sine decreto. h. d.

LEX XVI.

1 *Bona minorum quando alienantur, quis iudex interponit decretum, an ille sub cuius territorio res sunt, vel ille sub cuius iurisdictione degit pupillus.*

Si prædium. Immobilia alienata sine decreto iudicis, in cuius territorio res est, possunt vendicari. sed pretium in eius vtilitatem conuersum restitui debet. Signa ibi
1 tex. in qua situm est. †No. ꝙ sufficit decretũ illius iudicis, in cuius
a territorio*a* res est: sufficeret etiam decretum illius iudicis, qui habet pupillum sub se, licet non habeat rem sub se, vt l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eor.

a ADD. ¶Alex. Quid si iudex interponat decretum super alienatione, vide etiam bal. hic, & in l. si prædium, in l. j. §. de contrah. emp.

LEX XVII.

Inter omnes. Minor diuidendo, non potest alienare, nisi prouocetur à maiore. h. d. De hoc dic, vt habuistis in l. iubemus. in prin. de sacrosf. eccl.

LEX XVIII.

Si minores. Propter debita non possunt immobilia alienari, nisi causa probata, & interueniente decreto.

a ¶Quando decreto *a* opus non est. Rub.

a ADD. ¶Paris. An consuetudine induci possit ꝙ res minoris alienari possit sine decreto vide quòd sic, Ias. in l. de qui. ff. de legi. vbi alle. Bal. & Ang.

LEX I.

Si probare. Ex voluntate parentis pupilli adhibita in contractu, possunt immobilia alienari sine decreto.

LEX II.

Illud requirendum. Si venditio fit ex licentia Principis, nõ requiritur decretum iudicis. h. d.

LEX III.

a Prædium. *a*Ex voluntate defuncti manifesta, possunt immobilia alienari sine decreto. h. d. Vide gl quæ est hic, & ibi eam signa. De materia istius gl. qualiter executores vltimarum voluntatum possunt vendere, dixi in repe. l. alio. ff. de ali. & ci. le. vbi tractaui solum de materia huius gl. Et fuit pulchra, vtilis, & noua repetitio. Et vide per Cy. in l. id quod pauperibus. §. de episc. & cler.

a ADD. ¶Paris. Vide Alex. consi. 62. vo. 2. Vide Rom. consi. 394. quem sequitur Ias. in l. præsens, ver. 2. principaliter, ff. de posth.

LEX IIII.

Et sine interpositione. Res quæ vsu consumuntur possunt alienari sine decreto. h. d.

¶Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit. Rub.

LEX I.

Si ea quæ. Emptor malæ fidei non præscribit. Emptor bonæ fidei longo tempore præscribit. h. d.

LEX II.

Si contra. Minor rem alienatam iniustè vendicat cum fructibus, nisi emptor habuerit bonam fidem.

LEX III.

Possessiones. Iniustè alienata etiam à secundo emptore vendicantur, nisi præscripserit.

LEX IIII.

Quoniam. Possessor bonæ fidei præscribit contra minorem, spatio longi temporis, à die qua factus est maior.

¶Si maior factus, alienationem factam sine decreto ratam habuerit. Rub.

LEX I.

1 *Quando in alternatiua obligatione est species, & quantitas, an possit fieri compensatio.*

a CVm proponas. *a* Ratihabitio maioris præiudicat in iure, quod sibi competit ratione præcedentis minoris ætatis. non in eo quod competit cuilibet maiori. hoc primò. Item quando in solutione, seu in obligatione est species, & quantitas alternatiuè, ra
1 tione quantitatis potest fieri compensatio. h. d. †De hoc quando in alternatiua obligatione est species, & quantitas. an possit fieri compensatio, vide l. si debeas decem. ff. de comp. & vide ꝙ plenè dixi in l. si seruus. §. 2. ff. de furt.

a ADD. ¶Paris. Limita nisi minor fuisset dolo inductus ad contrahendum licèt postea ratificaret factus maior, non rehaberet, nisi esset certioratus de tali dolo, vide Rom. cons. 54.

LEX II.

Si sine. Indebitè alienata possunt vendicari, nisi ratihabitio, vel præscriptio, vendicantem repellat. h. d.

LEX III.

a Si quando. *a*Si immobilia sunt sine decreto alienata titulo oneroso à minore, vel eo sciente, taciturni
b tas quinquennii[b] eo effecto maiore ratihabitionem inducit. si titulo lucratiuo requiritur taciturnitas longi temporis. h. d. Not. l. & est singularis valde. Tene menti istam l. quanto plus potes rogo te. Opp. §. tit. j. l. fin. vbi requiritur præscriptio longi temp. Sol. quando ipse minor vendidit, vel alius eo sciente, statuta sunt tempora hac l. diffinita. Sed quando vendidit alius ignorante minore, tunc haberet locum l. contraria. ad vnum tamen aduerte, quia illud, quod hac l. dicitur, non est propriè præscriptio, sed inducitur quædam ratihabitio tacitè. Et ideo quocunque modo intra illud tempus, minor iste factus maior declarat se nolle ratum habere, lapsus huius temporis non obesset, sed in l. contraria inducitur pręscriptio, & debet interrumpi modis legitimis, ad interrumpendam præscriptionem inductis. De quibus videbitis in l. cum acutissimi. §. sed si quis. ǰ. de præscr. 30. an. Dixi plenissimè in l. naturaliter. ff. de vsuc.

a ADD. ¶Pom. Not. quod taciturnitas huius temporis, inducit ratihabitionem, non solum circa gestum principaliter, sed etiam circa continentiam, & dependentiam ab eo. Ita dicit do. Ale. cons. 117 vol. 5.
Paris. Aduerte signanter quod dispositio huius l. non procedit hodie, attenta dispositione iuris canonici, quia iste, qui contrahit sine decreto, contra iura mercatur, & præsumitur in mala fide, c. qui contra, de reg. iur. l. quemadmodum, vbi bart. C. de agr. & cen. lib. 11. ergo, & c. c. fi. de præscr. Ita dicit d. Ant. de but. cons. 45. inci. domina Orabilis. vbi etiam dicit quod non procederet quando tutor vel curator contraheret cum ipso minore. Et vide quod per istam l. dicit Rom. idem esse in prodigo, qui tacuit per quinque annos postquàm effectus est sanæ mentis, in singularibus incip. iudex Bononiensis.

b Alc. Per istam l. fuit consultum, quod si iudex interdicit administrationem bonorum alicui intra certum tempus, qui durante prohibitione alienat, demum vult alienationem reuocare, an possit. dictum fuit quod si intra quinquennium non fuerit reuocata, vlterius non poterit reuocari. Casus est hic, & in l. j. §. de contract. iud. per hoc limita l. quæ ab initio, ff. de reg. iur. vbi vide gl. & dum hic dicitur, ꝙ minor non potest donare sine decreto, Lud. in l. si ante, sol. ma. dicit ꝙ forte hoc non procederet in donatione. Et licet non alleget aliquem tex. mihi videtur tex. in l. cum plures, §. si tutor, de adm. tut.
Pom. Adde huic apostil. ibi, casus est hic. & in l. j. & idem in ver. aduer. motus per istam l. sic voluit Lud. Bo. sing. suo inci. iudex Bononien.

De

¶De magistratibus conueniendis. Rub.

LEX I.

a Si magistratus. [a]Minores in subsidium habent regressum contra magistratus, qui tutores dederunt, & etiam contra fideiussores, quos pro indemnitate receperunt.

a ADD. ¶Alex. Iste tex. est sing. ad vnum no. quod ponit Bal. in l. constit. q. pen. de pœ. iu. qui mal. iu.

LEX II.

In hæredes. Contra hæredes magistratus non datur actio ex leui culpa h.d.

LEX III.

Si tu. Plures magistratus, si sunt soluendo, habent inter se beneficium diuisionis. h.d.

LEX IIII.

Aduersus. contra magistratum datur actio in subsidium excussis tutoribus, fideiussoribus, & collegis.

LEX V.

In magistratus. Ista l. idem dicit, quod præcedens, ideo non eget summario.

LEX VI.

1 *Notarius si omisit scribere & pars ex eo damnificatur datur in ipsum actio.*
2 *Inuentarium quando fit, debet describi æstimatio rerum.*
3 *Tutoris datio non inualidatur, licèt inuentarium non fuerit confectum legitime à tutore.*
4 *Tutor vendens rem æstimatam publica authoritate, licèt plus valeat, excusatur, & quando.*

a Cum sit adiecta. [a]Hæc est singularis l. In eo † quod
1 quis damnificetur, ex eo quod no-
b tarius [b] scribere omisit, datur actio contra notarium. h.d. Primò ex hac l. nota, quod dixi in summario. De quo vides in l. pen. ff. de
2 tab. exhi. Secundò † no. quod inuentarium est faciendum scribendo
3 æstimationem rerum. † Tertiò not. quod licèt inuentarium non sit bene confectum à tutore, vel quia minus est scriptum, vel minor æstimatio, non propter hoc datio ipsius tutoris inualida effici-
4 tur. Quartò no. † & non exeat de mente tua in perpetuum, quod excusatur tutor, vel curator si vendidit rem prout æstimata est authoritate publica, licet plus valeat. Vide gl. super ver. si qua læsio. tamen intellige, nisi manifestum esset illam æstimationem esse iniustam. Et de hoc esset publica fama in vicinia, & locis circunstantibus, tunc enim tutor non posset dicere se credere istam æstimationem esse iustam. arg. §. de peri. tut. l. si tutor petitus. Not. rogo te, & in perpetuum non obliuisceris, &c.

a ADD. ¶Paris. Not. singulariter circa regulam huius l. quod notarius in quib. tenetur solum de dolo, lata culpa. vide Ale. per illum tex. in prin. in l. vbi exigitur, ff. de eden. Ad istam materiam vide latius per Ias. in l. oratione, ff. de fer.

b Ale. Vide quod dixi in l. qui nomine, ff. de fal. & adde quod probato dolo notarij, de interesse statur iuramento partis, secundum Bal. in l. qui accusare, §. de eden, secus si propter culpam notarij, quia tunc debet probari, secundum Bal. in l. fi. de eden. & qua pœna puniatur tabellio, qui protocollum perdidit, licèt instrumentum inde sumptum reperiatur, vide Bal. in rub. §. de fide instrum. ver. quæro dixi superius, & ibi in seq. q. An possit cancellare protocollum, & addito instrumento, & quod no. Bar. in l. pluribus, de his quæ in test. delen.


FINIS.

Excudit Ant. Blanc.



REAL CEDULA DE S. M. Y SEÑORES DEL CONSEJO,

POR LA QUAL SE DECLARA lo que se debe practicar en el modo de reparar los quebrados que ocurran entre dos, ó mas Pueblos de una Provincia, para la contribucion de un Soldado.



AÑO 1773.

EN MADRID:

BARTOL^s

Afaxoferrat

in

Prim. Codic P.



colorchecker CLASSIC

calibrite